agni: ⁊ vxor eius pparauit se. ⁊ datū ē illi: vt coope riat se bissino splēdente ⁊ cādido ⁊c. ¶ Accipe ter tiā petitionē. s. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. p terrā corpus nostrū: p celū aiam nostram intellige. Et est sensus precor vt corpus nrm. i. oēs vires corporis: ⁊ aia nra. i. omnes vires aie cōfor- ment cū tua sancta voluntate. Fiat igit voluntas tua sicut in celo. i. spūs meus cū tua volūtate sem- per cōcordet. ps. Fiat cor meū īmaculatū in insti- ficationibus tuis vt non cōfundar: fiat voluntas tua sicut in terra. i. corpus nostrū cū tua voluntate cōformatū. Math. 12. Quicunqz fecerit voluntatē patris mei q in celis est: ipse meus frater soror ⁊ mr est. ad Eph. 6. Sitis serui xpi facientes voluntatem eius ex aio. qm vt dicit Jo. 9. Sigs dei cultor ē ⁊ voluntatē eius facit hunc exaudit. ¶ Ne mireris ꝙ celū aiaz dixi. qm sicut empireū celū est sua qntita- te capacissimū: sic aia rōnalis suo desiderio immen- sissima. Augu. pmo confe. Fecisti nos dñe ad te: ⁊ iquietū est cor nrz donec qescat in te. Et sicut celū empireū est locus dei. Jsa. 66. Celū sedes mea: ⁊ terra scabellū pedū meoꝝ. sic aia rationalis dei se- des est per gratiaz Sap. 7. Sapiētia i aias scās se trāsfert: ⁊ amicos dei ⁊ pphās constituit Jo. 14. Si qs diligit me sermonē meū seruabit: ⁊ pr meus dili- get eū: ⁊ ad eū veniemus: ⁊ māsionē apud eū facie- mus. Silr nō temere p terrā corpus humanū expo suimus: tū qr ex pncipio eius est: ⁊ i ipaz reuertetur. Geñ. Cinis es ⁊ i cinerem reuerteris. tū qr terre- nis cibis alit. Geñ. 1. Ecce dedi vobis oēz fructuz terre i cibū ⁊c. Tū qr tra a tero teris triui tritū dr ⁊ corpus humanū dz terere trā. i. trenos affcūs. Oui dius metha. i pmo li. Pronaqz cū spectēt aialia ce- tera terrā: Os hoi sublime dedit: celūqz vidē Jus- sit ⁊ erectos ad sidera tollē vultus. ps. Oia subiecisti sub pedibus eius oues ⁊ boues ⁊c. ¶ Accipe qr- tā petitōēz. s. panē nrm quotī. da no. ho. In q vite pñns necāria postulamus. Panē igit nrm da no- bis hodie o deus misericordissime: qr oia te expe- pectant: vt des illis cibū in tpe. ps. Dante te illis colligent: apiente te āt manū tuā oia iplebunt boni tate. Panē nrm ⁊c. da nobis bone pr: qr oibus idi gemus. Job. 1. nudus egressus sum de vtero matris mee: ⁊ nudus reuertar illuc. panē nrz ⁊c. qr diuer- sis telis circūdamur. ad Eph. 6. Nō est nobis col- luctatio aduersus carnē ⁊ sāguinē. s. tm̄ sz aduersus pncipes ⁊ ptātes tenebraꝝ ꝯtra spiritalia neqtie in celestibus: pp qd accipite armaturā dei ⁊c. panez nrm ⁊c. vt te glificemus. Dañ. 3. Fac nobiscū iuxta mā suetudinē tuā: ⁊ sz multitudinē misericordie tue ⁊ erue nos i mirabilibus tuis: ⁊ da gliā nomini tuo dñe. i. da gratiam vt glorificemus nomē tuuz. ps. Da nobis dñe auxiliū de tribulatiōe: qr vana sa- lus hois ⁊c. ¶ Accipe quintā petitiōez. s. dimitte nobis ⁊c. Dimitte igit nob debita nra: qr multū tibi peccauimus. ps. Iniqtates mee supergresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me. Dimitte nobis debita nra: qr tibi satisfacere ñ valemus. ps. Cito anticipent nos misericordie tue qr paupes facti sumus nimis. Dimitte nobis ⁊c. quia tuis solis in manibus posita sunt tpa nra. ps. In manibus tuis opa mea. Ideo delicta iuuētutis mee ⁊ ignorātias meas ne memineris. Dimitte nobis: qr quotidie multiplicant delicta nra. Eccl. 23. Do mine pr ⁊ dñator vite mee ne derelinqs me: ne ac- crescant ignorātie mee: ⁊ multiplicent petā mea: ⁊ delicta mea abundent. Dimitte nobis ⁊c. qr tu se- pius hoc pmisisti Miere. 33. Emūdabo eos ab oī iniqtate sua in quo peccauerit mihi: ⁊ ppitius ero cūctis iniqtatibus eoꝝ i qbus dliqrūt mihi. Et Ezech. 37. c. Emundabo eos ⁊ erunt mihi in ppl'm: ⁊ ego ero eis in deū. ps. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit: ⁊c. ¶ Accipe sextā petitōēz. s. ⁊ ne nos iducas in tētationez. i. ne pmittas nos vici a tentatione: quia inimici nostri semper nos infe- stant. prima Petri. 5. Diabolus circuit querēs quē deuoret. Et ne nos inducas i tētatōem: qr tu solus oia potes. Hest. 13. Nō est q tue possit resistere vo- luntati: si decreueris saluare nos. ps. Deus do- minat i vtute sua in eternū. ⁊ primi paralī. 28. Tu dñe dñaris oiuz. In manu tua virtus: magnitudo ⁊ iperiū oiuz. Et ne nos ⁊c. qr ex nobis resistere nō valemus. pmi Machabe. 3. quō poterimus sustine- re an faciē illoꝝ: nisi tu adiuues nos ⁊c. ¶ Accipe vltimā petitionē. s. Sed libera nos a malo istāti. s. corpali: tpali: ⁊ spirituali: vt tibi fideliter fuiamus. ps. Da mihi intellectū ⁊ scrutabor legē tuā: ⁊ cu- stodiā illā in toto corde meo. Libera nos a malo: qr liberare nos pmisisti. ps. Intellectū tibi dabo: ⁊ instruā te i via hac q gradieris: firmabo sup te ocu los meos. Itē libera nos a malo: vt tecū regnare possimus Jaco. 1. Btūs vir q suffert tentatiōez: qm cū pbatus fuerit: accipiet coronā vite: quā repromi- sit deus diligētibus se ⁊c. Et sic pz prima dubitatio. ¶ Quantū ad 2m dubiū. s. quot bona cōtinet hec oro scā dñica: breuiter dico ꝙ aurelius Aug. i sermo ne de qnqz septenis. quem habui Taruisij pre ma nibus: ponit in hac oratione septē spiritus scti do na. septē beatitudines: ⁊ septē virtutes: adeoqz bñ cōposite illa connexuit: vt nulli ibi melius videri. propterea tria hic anima breuiter nota. ¶ Primo. n. scias aia cara ꝙ septem sunt spūs sci dona. vz. donū timoris: donū pietatis: donū scie: donū forti- tudinis: donū ꝯsilij: donū itellectus: ⁊ donū sapie. de qbus Jsa. 11. ait. Regescet sup eū spūs dñi: spūs sapie ⁊ itellcs: spūs ꝯsilij ⁊ fortitudis spūs scie ⁊ pie tatis: ⁊ replenit eū dñs spū timoris. ¶ Scdo aia no- ta ꝙ septē sūt btitudines. vz. regnū celoꝝ: possessio terre viuētiū: cōsolatio: iustitie satietas: misericor- dia: visio dei: ⁊ filiatio dei. Mathei. 5. Beati pau pes spū. i. volūtarie: qm ipoꝝ ē regnū celorū. bti mi tes: qm ipi possidebūt trā. bti q lugēt. i. pniaz faciūt qm ipsi consolabuntur. beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiā. i. in iustitiam ⁊ cupiunt: qm ipsi saturabunt bti misericordes: qm ipsi misericordiā ꝯsequentur. beati mundo corde. quoniam ipsi deum videbūt. bti pacifici: quoniam ipsi deum videbunt. bti qui p secutionē patiunt pp iustitiam: quoniam ipsi filij di vocabuntur: gaudete ⁊ exultate quoniam merces vestra est in celis. qre ⁊c. ¶ Tertio nota ꝙ septez

sunt virtutes .vz. paupertas spiritus .i. humilitas: mansuetudo siue benignitas: cōpunctio siue dolor: et esuries iusticie siue desideriū bonū: misericordia: cordis mūdicia: et pax seu sine aiorum vnitas. Quomō aūt virtutes differant a btitudinib⁹: et a septem donis ad prius relinquimus. Sed qualiter ista in orone dnica includant: videbit in dubitatione sequenti. ¶ Quātū ad terciā dubitatioēz. vz. quot mala tollit hec oro scā. Dico sm Aug. vbi. s. q sic septē sūt pncipales hui⁹ bñdicte oronis petitiōes: sic p septē dona sci spūs: septē mortalia pctā pellunt. Et ad hoc ostēdēdum pmo videam⁹ qd malū in aiaz ipsa pctā mortalia inducant. Et dicit beatus Augu. vbi. s. q tria pctā mortalia. s. supbia: inuidia: et ira: hoiez spoliāt quartū. s. accidia. hoiez spoliatū flagellat. qntuz. s. auaritia: hoiem flagellatū ejicit. sextū. s. gula: hoiez ejectū oi zsolatione puat. septimū. s. luxuria: aiam seductā seruā facit. Hec oia sigillatim videamus. pmo supbia spoliat aiaz: et ei aufert deū. scdo inuidia aufert hoi proximum. tertio ira aufert homini seipsū. Dico q supbia aiaz spoliādo aufert ab ipa deū. Est. n. supbia pprie excellentie amor: q mens bonum singulariter diligit. i. sine eo a quo bonuz accepit. Inde Augu. vt. s. O supbia inqt qd agis. cur suades riuulo vt se a fōte diuidat. cur suades radio: vt se a sole auertat. Quid aliuz suades qrere: et inuentū singulariter amare. Sicut. n. oē bonū veraciter a deo est: ita nullū bonū extra deū vtiliter hēri pōt. imo per hoc ipsū qd habet amittit: q in eo: et cū eo: a quo ē nō amat. hec ille. Inde Job 15. ait. Cōtra oipotentē armat⁹ est: currit aduersus deum extento collo. s. non curans an deus offendatur: dum tamen honoretur. Osee. 13. Adimpleti sunt et saturati: eleuauerunt cor suum: et obliti sūt mei et c. ¶ Scdo inuidia aufert homini pximū. cuz .n. supbia pprie excellentie sit amor: vt dictuz est: necesse est vt bonū quod in alio zspexerit: quanto maius fuerit: tanto amarius in ei⁹ aio torqueat ex quo sequit q inuidia ē pena supbie deputata. Audi Augu. i quodā smōe. Inuidia inqt ē aliene felicitatis odiū: respectu iferiorū: ne sibi equent. respcū parium: q: sibi equi it: rspectu supior: q: illis nō equatur. Cain iuidit Abel psperitati. Rachel Lie secūditati. Saul Dauid felicitati. p inuidiā pcurat⁹ est mundi lapsus: et mors xpi. hec ille. Et idē libro de doctrina xpiana. Auertat igt de⁹ inuidie pestem ab animis omnium: nec dū xpianor. Inuidia. n. vicium diabolicū ē: quo solo diabol⁹ reus ē. i. damnatus est et inexpiabiliter. i. irreuocabiliter reus. non enim dicitur diabolo vt dānet: adulteriū zmisisti: furtum fecisti: villam alienam rapuisti: sz hoi statim īuidisti. hec ille. ¶ Tertio ira aufert hoi seipsum inor. n. vt de superbia inuidia nata est: irā de se parit. q: miser aius ppterea iam sibiipsi de sua īperfectione irascitur. q: de bono alterius per charitatē nō letatur. pro vnoquoqz etiam minimo se scōsqz et cuncta q in eius animuz venerunt blasphemat: atqz per īpatientie vitium agitat vt malū qd patitur se meruisse: vl bonum qd hz p grām accepisse non cognoscat: q: nihil intus hz qd non sit adustū inuidia. Audi Greg. li. 5. mora. Quantā inquit sit iracundie pena pēsare possumus: per quam patiētia perdit: vt qd: quoue ordine sit agendū oio nesciat q: nimix intelligentie lucem subtrahit: cum mentem permouendo cōfūdit. Inde poeta. Ira īpedit animum ne possit cernere ver. et sic hēs tripliciter aiam spoliatā. ¶ Quartuz pctm. s. accidia aiam spoliatā flagellat. Omissis enim illis tribus .s. deo: seipso: et pximo nihil superest vñ infelix cōscientia gaudeat. et iō p tristitiam in semetipsa collidit: vt q de alieno bono letari noluit: de suo malo iaste crucietur. Inde Ber. in sermone. Miror inquit q ad gustū dulcissimi cibi nauseas: si tamen gustasti qz dulcis est dominus. aut certe munduz gustasti: et nescis quid sapiat xps. iō nō appetis inexpertū. aut si gustasti: et dulce non sapit: sanū non habes palatum. hic ille. ¶ Quinto auaritia aiam flagellatam ejicit. nam dum aia sic se ex accidia infelicem intus conspicit: velut imperfecta foris zsolationē inquirere studet. modo domos: mō agros modo pecuniā cumulans: et veluti bibēs salsa infelix aia semp terrenorum sitit: et ita dum foris cōsolationē querit: intus ampli⁹ torquetur. Audi gre. li. mora. Auaritia desideratis rebus non extinguit sed augetur. nam more ignis cū ligna que zsumat excepit: excrescit. Et Isi. de sum. bon. Qui bona mundi diligit: velit vel nolit: timoris et doloris pene succumbit. timoris: in acquisitione. doloris in amissione. quare et c. ¶ Sexto gula animā ejectaz seducit. nam dum gule peccatum animum in exterioribus bonis inhiantem conspicit: in primis quasi e vicino temptans: naturalem appetitum ad excessum illicit: et ita deus eor venter ē. Audi Hiero. Qui nimium cibis vtuntur: qzto ventrem pascūt tanto amplius sensum mentis obtundunt. Nam greci dixerunt. ex crasso ventre: subtilem sensum gigni non posse et c. ¶ Septimo luxuria animam seductam seruam facit. Nam caro postqz per crapulam inflata est: ardorem libidinis superuenientem emollitus atqz resolutus animus vincere nō potest: et sic seruit vilissime dominationi. et nisi exorta subueniat saluatoris pietas iam non erit vnde captiuo seruienti amissa restituatur libertas. Audi Hiero. in sermone quodam. Semper saturitati vicina lascivia ē vicina enim scilicet venter et genitalia. hec ille. Et idem in epistola. O ignis īfernalis luxuria: cui⁹ materia gula: cuius flamma supbia: cuius scintilla praua colloquia. cui⁹ fumus īfamia: cui⁹ cinis īopia: cuius finis gehēna. hec ille Ecce qz ex his claret: qz imanissimis periculis miserrima et infelix aīa hac in vita succumbat. quam obrem ille Paulus ad Ro. 7° clamabat. Quis me liberabit de corpor mortis huius? Et sic pz qd in anima ipsa peccata mortalia causent. Hi enim sunt fontes abyssi tenebrose: de quibus flumina babylonis exeunt in omnem terram deducta stillicidia iniquitatis diffundunt. Ista sunt septem vitia vastatoria: et vniuerse terre integritatem corrūpentia: filiqz malorum omnium germula pducentia. vt inqt aur. Augu. in smone de gnez septenis.

¶ Mis sic notatis videamus quō ꝑdictis septē petitōibus dñice orōnis p septem spūs sci dona vitia hec mortifera expellātur. Accipe igit̄ pmam petitionē.s.scilicet nomē tuū ac si dicere itendam⁹. O etne pr̄ da nobis p grām tuā timere ⁊ venerari nomē tuū q̄ten⁹ tibi p humilitatē subiecti simus q per supbiā rebelles ⁊ ꝯtumaces extitim⁹. Ad quā petitionē donū pmū spūs sci nobis dñs ꝑstat.s. donū timoris: vt ille ad cor veniēs pmā virtutē.s. humilitatē in ipso creet. Que supbie mēbrū sanet: q̄tenus ad regnū celoꝝ qō pma est btitudo. vt vnde diabolus cecidit p supbiā: hō p humilitatē possit puenire O q̄ꝫ ꝑclara ⁊ scā hec pma victoria: q capitale viciū pmum extint debellatū. vꝫ.supbia. ¶ Accipe mō scdāꝫ petitionē.s. Adueniat regnū tuum.i. te o etne pr̄ hortor: te depcor: vt oib⁹ salutem aiaꝝ dones: q̄ten⁹ tibi p humilitatē subiecti tecū in etnū viuere valeam⁹. Ad quā petitionē donū pietatis ad aiaꝫ celeriter mittit: vt illud ad cor veniēs: benignitatē seu māsuetudinē q̄ 2ª virtus est: i illud accēdat q̄ten⁹ ad etne btitudinis possessionē: ad quā alios puenire cupit: qō iuidia nō sinit: ⁊ ipꝫ puenire possit ⁊c̄. ¶ Accipe tciā petitionē.s. fiat volūtas tua.i. te depcor o etne pr̄ da nobis grām tā in nobis q̄ꝫ in alijs: qcqd diuina volūtas ꝭm sue dignatōis arbitriū dispēsat adiplere. Ad quā petitionē dñs donū scie ꝑstat: vt illud ad cor veniēs erudiat illud: ⁊ salubriter ꝯpungat: vt sciat hō malū qō patit̄: ex culpa sua ꝓuenire. si qd aūt boni humiliter ex dei misericordia ꝓcedere: ac p hoc discat sine i bonis: que nō hꝫ sine i malis q̄ sustinet: ꝯtra creatorē n̄ irasci: vt cū cōpūctōe cordis p omnia discat patiētiā hr̄e: vt inde cōsolatōis premiū ꝯseq̄tur. vt q se hic spōte corā dō p lamēta affligit illic veꝝ gaudiū ⁊ letitiā mereat̄. ¶ Accipe q̄rtā petitionē scilicet panē nostrū quotidianū da nobis hodie.i. te depcor eterne pr̄ sollicita tua pietate: mihi lāguēti panē tuū administra. Solet enim aīa tristis quodāmō tabescā bona interna nō appetere: atqꝫ omni vigore mortuo nullo spūali refectionis desiderio hilarescere. Ad quā petitionē: donū fortitudinis dñs celerit̄ donat: vt illud ad cor veniēs animā satiscētem erigat: pristini vigoris virtute recepta: a defectu sui tedij ad desideriū supni saporis cōualescat. ⁊ inde fames iusticie oriat̄: vt dum hic p desideriū pietatis fortiter accēdit̄: illic ꝓ pmio plenā iusticie satietatē cōseq̄tur. ¶ Accipe q̄ntā petitionem.s. ⁊ dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. q̄si dicat o eterne pr̄ te quotidie tm̄ offendimus: corde: ore: ⁊ ope: dimitte precamur debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Iustū enim q̄ppe est: vt in reddēdo alijs debito: aius anxius ēe nō debeat: q in exigēdo ꝓ se noluit esse auarus. Et ideo q̄liter a nostro debito absolui debeamus: apposita est salutis ꝯditio: vt alijs dimittamus. Ad quā petitionē infundit dñs donū ꝯsilij: vt illud ad cor veniens edoceat in hoc seculo libenter in nos peccātibus misericordiā nō denegare. q̄tenus cū de pctis nr̄is rōnē reddituri simus: mereamur misericordiā iuenire. Sꝫ ne pigeat q̄so: dic ꝑcor cur huic petitioni tm̄ cōditio apposita ē. simplr .n. si cōsideras fieri nobis qō volum⁹: in alijs petitionibus oramus in hac āt cōditiōeꝫ apponimus. Breuiter ad hoc aīa mea dico q si alijs i petitionibus dūm ꝓ ꝓximo orauerim⁹: charitas ad hoc ipꝫ mouet: nec q̄cq̄ꝫ calculi: vt ita loquar cum ꝓximo facere obligamur: sed cū ab ipso cōtumelias patimur: aliqd ꝑticulariter cū illo nobis agendū ē. q̄re haud iniustū ē: vt tua de libro dei si deleri peccata poscis: prius ꝓximi e tuo libello pctā cancelles. Audi barbatum Hiero. sup hoc verbo dimitte nobis. o formidolosa inq̄t sentētia: si parua fratribus nō dimittimus: magna ꝓculdubio nobis a deo nō dimittunt̄. parua q̄dem in nos scā vocat per respectum ad deū. si igit̄ inquit ille volumus deum ꝓpitium effici fr̄ibus nostris: debita dimittamus. quare ⁊c̄. Contentor inges pr̄ Ambrosi: sed dic queso: an in se peccāti non dimittēs: in hāc orōnem dicēdo peccet: dum dicit dimitte nobis ⁊c̄. Et videtur primo q sic. Nā cum dicit dimitte nobis sicut ⁊c̄: ⁊ non facit qō orat ꝯtra se deum ꝓuocare videtur: vt intuenti pꝫ. Audi Augu. Si non dimittis inq̄t iniuriā que tibi scā est: non orōnem pro te facis: sed maledictionē sup te inducis: cū dicis dimitte nobis debita nostra ⁊c̄. Dico aīa cara q huiusmodi verba dimitte nobis ⁊c̄. tripliciter intelligi possunt.s. ꝯcomitatiue: cātiue: ⁊ satisfactiue. Si ꝯcomitatiue tunc dico q sic orās peccat: non q2 dicere illa peccet: sed q2 non recedit a pccō a quo exire tenetur ꝓ semper ⁊ ad semper: dum sufficientem ad exeundum ad actū libeꝝ arbitrium noscatur habere. Si cātiue: sic etiā peccat non in eo qō dicit: sed ex circūstātia q̄dā. nā cum talia dicit: occasio illi faciendi datur qō negligit: quod negligendo peccat. Similiter peccat q2 indignus orātis officium assumit: qō facere non deberet. Si tertio modo vt.s. satisfaciat orōnis debitum ad qō tenet̄: sic ꝓculdubio nō peccat: sed potius meret̄: merito tn̄ non sufficienti ad vitā eternā: sed sic meret̄: vt bonum faciens in mortali. Et tunc ad argumentū in oppositum dico q sic orās petere non itendit vt sibi plenius dimittat̄ sicut alijs ipse: sed solū ordinem orādi datum: a quo quicq̄ꝫ subtrahere non licet: insinuare itendit. Et talis maledictionē sup se inducit: vt dicit Aug. nō q2 orat. sꝫ q2 negligit facere qō deberet. vel idignus orantis officium assumit. Meretur tamen si orationis debitum persoluere intendit: quare ⁊c̄. Quarta responsio est. Dimitte nobis ⁊c̄. Sicut ⁊ nos dimittimus.i. dimittere tenemur. Et vt mihi apparet ista est satis bona respōsio. ¶ Accipe sextā petitionem.s. ⁊ ne nos inducas in tentationem.i. o eterne pr̄ ne inducas in tentationē.i. ne permittas nos vinci a tentatione.i. a pccō gule. quoniam hec illa tētatio est: qua nos illecebra carnis siue per nālem appetitum ad excessum trahere nititur ⁊ latenter voluptatem subijcit: dū manifeste nobis de necessitate blādit̄. In hāc igit̄ pr̄ eterne tentationem oro te non immergi. Ad quaꝫ petitionem infundit deus donum intellectus: vt illud ad cor veniens i. terna verbi dei refectione: exteriorem appetitum

cohibeat: ⁊ mētē spūali cibo roboratā: nec corporalis egestas frāgere: nec carnis voluptas supare valeat. ppterea dn̄s suo tētatori dū esuriēn sibi fraudulētā de exterioris panis refectōe suggestionē faceret: rn̄dit. non ī solo pane viuit hō: sꝫ de omni qd̄ pcedit de ore dei. vt apte demōstraret ꝙ cū mens illo iterius pane reficit: nō magnope curat: si foris ad tps famē carnis patiat. Dat ergo dn̄s gtra gulā spiritum itelligentie vt ille ad cor veniens emūdet illud atqꝫ purificet ⁊ illū iteriorem oculū cognitōe verbi dei q̄si collirio quodā sanans serenū: ⁊ luminosū efficiat: vt ad ipsā diuinitatis claritatē gtēplādā pspicacē efficiat. q: bti mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt ⁊c. ℭ Accipe septimā petitōez. s. sꝫ libera nos a malo. i. o eīne pr̄ libera nos a malo futuris carnis: qm̄ dedec⁹ ē nō paruū ancillā ⁊ fuā dn̄e suē dn̄ari. Ad quā petitionem infundit dn̄s spm̄ sapie: vt ipse ad cor veniens amissa captiuitate aie: libertatē restituat: ⁊ iugū inique dānanonis: quod suis viribus fugere non valuit: per gratiam aduita enadat: ⁊ p dulcedinē ītrinsecā satiata: ī semetipsa pacificata: foris nihil appetēs tota p amorē it⁹ quiescat ⁊ tādēꝫ ad internū gaudiū colligatur. vbi pfecte ad imaginē dei reformetur. Quod nobis cōcedat benedictus Jesus q nobis tāta donauit. q cum patre ⁊ spiritu scō regnat in secula gloriosus. amē.

ℭ Feria .6. ciner̄ de diuina grā. sermo ī ordine III.

Solem suum oriri facit super bonos et malos Math. 5. c. Legalis nāqꝫ ds̄ neminē violentat: neminē benefacere cogit: sed cupientibus ⁊ petētibus suā misericordiā non occultat. ⁊ qd̄ fortius est: ⁊ inimicis ppnis: ne tm̄ vt humana audacia hortat: peccare finat. sue grē lumē anteponit: vt vita cognita veritatis: bonū qd̄ peccādo pdiderūt: sectādo iusticiā ingrāt: ⁊ ingsitū inueniāt: ⁊ iuentū teneāt: ⁊ tentū possideāt. Hoc lumē: hic ros est: quo sine aīa fructificare non pōt. testāte ppheta. Aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Sꝫ q̄ munificus ⁊ liberalis existat ī illā grām dādo deus audi Jesum Math. 5. Solem suū ⁊c. In qbus sacratissimis verbis tres de diuina gratia hodie faciamus considerationes. videlicet.

ℭ Diuine gratie preclaram notificationem.
ℭ Diuine gratie opportunam requisitionem.
ℭ Diuine gratie vberrimam fructificationem.
ℭ De triplici notificatōe grē gsideratio. I.

Primo igit diuine grē pclarā notificationē videamus. Licet enim anima mea ea ipsa diuina grā q̄ztum ad eius effectiuum principiū ineffabilis sit entitatis: quoniā vt sic: idē est qd̄ ipse deus: tm̄ vt habitus quidam in nobis nouiter infusus: cū sit qd creatū: vt sic poterit aliquantisper declarari. Ad cuius declarationē tres ad p̄sens accipe aīa gclusiones. vꝫ. ℭ Prima gclusio est ista. Diuina grā q̄dā est mētis q̄litas siue habitus qdā diuininus irrigatus: quo qsqꝫ bn̄ ⁊ non male vti pōt. ℭ Scd̄a gclusio est ista. diuina grā diuini vultus quedā emanatio est: qua tm̄ suos singulari quodā amore discernit. ℭ Tertia gclusio est ista diuina grā excellētiss' mū signuꝫ: donūqꝫ dei est quo filij dei a filijs diaboli pophine discernunt. ℭ Q: diuina grā quidā habitus est supn̄āliter ifusus quo male vti nō possumus. Conclusio. I.

Accipe p̄mā gclusionem ⁊c. ℭ Ad cuius declarationē tres īnqram⁹ veritates. vꝫ. ℭ Prima vtr̄ diuina grā sit quidā habitus. ⁊ hoc ponit prima pars cōclusionis. ℭ Scd̄a vtr̄ diuina grā sit habit⁹ ifusus: aut exercitio humanor̄ actuū adept⁹. ⁊ hoc īnuit scd̄a pars gclōnis. ℭ Tertia vtr̄ qs grā diuina male vti possit. ⁊ hoc ondit tria ps anndicte gclōnis. ℭ Quātū ad primā veri. dico ꝙ grā est duplex. s. creata ⁊ increata. Increata est ipse deus. q: deus charitas est. Creata aūt est qdā habitus mētis. s. aie create. Et hoc pbat dupl'r: ⁊ p̄mo sic. omne qd̄ est in aīa autē potentia: aut passio: aut habitus. Sed diuina grā in aīa nō est potētia: neqꝫ passio: ergo est habitus. pꝫ gn̄a ex sufficiēti diuisione. maior est Ari. z. ethi. sed minor pōt sic declarari. Primo sic. grā non est potētia anime. pbo: quoniā s̄m potētias nullus bonus vel malus meritorie iudicat sed s̄m grām sic. ergo. probatur minor ex sentētia apostoli prima ad Cor. iz. Si linguis hominū loquar ⁊ angelor̄: charitatem aūt. i. grām non habuero nihil mihi pdest. sūt enim idē realiter: formali tamē differētia distātes: vt scotizātes volūt. Secūdo sic probat. grā nō est passio aie. ergo est habitus. ans probat: passionibus nec laus nec vituperiuꝫ ascribimr: grē aūt sic. probatur. Audi ps. Beatus quē elegisti ⁊ assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. maior est eiusdē Ari. vt s. ergo. modo si grā nō est aīe potētia: nec passio seqtur ꝙ sit ipsius habit⁹. ⁊ sic pꝫ p̄ma veritas. Et si queris quō hūc habitū appellas pater. Dico aīa mea ꝙ etsi multiplici possem illū vocabulo describere: tamē habitū anime viuificatiuū appellabis. s. animā ipsam viuificātem: qm̄ oppositorum opposite sunt operatōes. grā aūt ⁊ peccatū sunt opposita ⁊ oppositas habent opationes: pctm̄ autē mors aīe est. ergo grā erit illius vita. Inde aurelius ille Augu. iz. de trinitate ait. Mors anime est: cum eā deserit deus: sicut mors corporis est: cum id deserit anima. Et confirmatur dicto Paul'. ad Corin. is. Grā inquit dei sum id qd̄ sum. sed s̄m philosophū Esse ⁊ viuere in viuentibus idē sūt. ideo que non viuūt non dicunt esse. Et sic pater dubiū. ℭ Quātum ad secundam veri. dico ꝙ grana est anime habitus supernāliter datus. Ad cuius declarationē est notandum scd̄m beatum Tho. z^a z^e. q. 109. Cū deus omnia diligat: necesse est vt creaturis ad supernaturale bonū ordinatis: magis puideat: q̄ꝫ ad bonuꝫ tm̄ naturale ordinatis. Sed creaturis ad bonum nāle tm̄ ordinatis sic dicitur prouidere: vt non tm̄ eas ad suos naturales motus: sicut primus motor earum moueat: sed etiam virtutes formasqꝫ quasdā suarum operationum: actiuum principium prestat. s̄m q̄s formas huiusmodi creature ad suar̄ actionum motum nāliter inclinentur. vnde ignis ad ignisendum: aqua ad frigidandum nāliter inclinantur. sicqꝫ de alijs naturalibus formis. Quare

multom agis rectum videbit: q illis ipsis creaturis
ad supnāle bonū ordinatis: qđ vita eterna est: sic p
uideat: vt q̄sdā supnāles formas siue supnāles q̄li-
tates infundat. fm quas ab eo facilius moueātur
ad bonū eternū adipiscēdū. Sz supmus habitus
ē ipsa diuina gr̄a. ergo ₢c. Inde Jo.15. dr̄. Sine me
nihil potestis facere: sz de hoc ad plenū i 2ª ɔclōne
2ᵉ partis. ¶ Quātū ad tertiā veritatē dico breui-
ter q nō. qū si gr̄a qs male vti possit: seqret q gr̄a
n̄ eēt gr̄a: qđ ē ɔdictio. Nā dū gr̄a male vtimur gr̄a
i culpā mutat ad sanū itellectum. q̄re ₢c.

¶ Qr̄ gr̄a est diuinus qdā aspectus: ₇ de multipli-
ci diuino vultu. Conclusio.II.

Ecipe scđā ɔclōnē. vz. Diuina gr̄a diui
ni vultus q̄dā emanatio est: que tn̄ suos
quodā singulari amore discernit. Ad cu⁹
declaratiōnē tres ingranins veritates. vz. ¶ Pri
ma est q̄ res sit diuinus ipse vult⁹. ¶ Scđa ē quō
p vultū suū cognit⁹ est deus. ¶ Tertia est quō ds
respicit tn̄ suos. ¶ Ad primā dico methaphorice
q vultus dei est ad pr̄s triplex. vz. vultus simula-
tionis: vultus manifestatōis: ₇ vultus idignatōis.
¶ Vultus simulatōis est filius eterni pr̄is: sicut.n.
vultu vnusqsqz cognoscit: sic ₇ eēnus pr̄ per vbum
eēnū. ps. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt.
Est.n. eternū verbum forma splēdor: figura: ₇ gl̄ia
sui eēni pr̄is. ¶ Dico q ē forma eēni pr̄is. ad phil.
2. Qui cū in forma dei esset: non rapinā arbitratus
est esse se equalē deo. Noie aūt forme dicit glorio-
sus Augu. nām diuinā que tribus diuinis psonis
cōis est debere itelligi. ¶ Dico 2° q est splendor
pr̄is. ad Hebre. pmo. Qui cū sit splendor glorie ₢c.
¶ Tertio dico q est figura eēni pr̄is. ad Hebre. vt
s. Cū sit figura substāne eius. sedet ad dextrā ma-
iestatis i excelsis. ¶ Quarto est gloria eterni pr̄is.
ad phil. 2. Et ois ligua ɔfiteat: q dn̄s noster iesus
xp̄s i gloria est dei pr̄is. ¶ Secūdus vultus dei dr̄
manifestatiōis. ₇ hec ē bn̄dicta humanitas iesu xp̄i
filij eius. Inde Jo.14. dixit. Qui videt me videt ₇
prēz meū. p hāc gloriosā humanitatē cognouimus
q̄ztum amaret: q̄ztumqz nos pēderet deus. Joā.3.
Sic deus dilexit mūdū: vt vnigenitū suum daret.
Per hanc cognouimus deū nobis esse placatū. ad
Titū. 2. Apparuit benignitas ₇ humanitas salua-
toris nostri dei: non ex operibus iusticie: q̄ fecimus
nos: sed fm suā misericordiā saluos nos fecit. Per
hāc gloriosā humanitatē habemus i celis gloriosuz
aduocatū. Ad Ro.3. Quē ɔstituit ppiciatorem p
pctis nostris. ¶ Tertius vultus dicit idignatōis.
ps. Vultus aūt dei.i. idignatio dei super faciētes
mala: vt perdat de terra memoriā eoꝝ. Sz de hoc
dicet in tertia veritate. Et sic patet pma veritas.
¶ Quātū ad scđaz dico q ex dcis satꝭ apparet quō
cognitus p vultū suū est ipse deus. Nā intelligētes
memoriā eterni pr̄is infecūdā non esse: verbū pr̄is
eternū diximus esse pductū: ₇ sic p verbū pr̄is nām
cognouimus. Jo. pmo. In pncipio erat vbū: ₇ vbū
erat apud deū: ₇ deus erat vbū. Et cū hic vidēdi ₇
cognoscēdi modus difficilis eēt: vultū sue humani
tatis ad tps ondit. Jo. pmo. Et vbum caro fcm̄ est.

Baruch.3. Post hec in tris visus est: ₇ cū hoibus
ɔuersatus est. Nūc vultū veteres antique legis vi
dere nequerūt. Exo.33. Videbis inqt dn̄s posteri-
ora mea: faciē aūt meā videre non poteris. Poste-
riora aūt dei signa sūt: ₇ mirabilia q̄ fecit: ₇ figure. p
posteriora.n. qs ɔfuse cognoscit: sic p illa tpe legis
cognit⁹ est ds. q̄re ₢c. ¶ Quātū ad tr̄iā dico q mul
tis modis aspicit nos deus. vnde versus.
Aspicit ipse deus bona cum spirat ex alto.
Acceptans liberans: patriamqz donans.
Solans ₇ eligens: in patriaqz coronans.
¶ In his verbis anima cara septem ponuntur di
uersi diuini aspectus.
¶ Primus aspectus dicitur inspiratiuus.
¶ Secundus dicitur acceptatiuus.
¶ Tertius dicitur liberatiuus.
¶ Quartus dicitur flagellatiuus.
¶ Quintus dicitur consolatiuus.
¶ Sextus dicitur electiuus.
¶ Septimus dicitur coronatiuus.
¶ Primus dr̄ ispiratiuus. Quo qdē mō oēs xp̄ia-
nos pctōres respicit cū peccauerūt. Eccl. 38. Opa
omnis carnis corā deo: ₇ non est quicq̄z abscondi-
tum ab oculis eius. O pctōres quis abscondet vos
ab oculis dei: qui multomagis sole sunt lucidiores:
circūspiciētes oēs vias hominū: ₇ profundū abyssi
₇ hoium corda intuētes in abscōditas partes: vt dr̄
Eccl.24. Hinc Petrus miser cū Jesum negasset
₇ xp̄us eū respexisset: recordatus est verbi Jesu qđ
dixerat ₢c. Et exiuit foras et fleuit amare. Audi
Augusti. Nisi inqt dn̄s Petrum aspexisset: nunq̄z
penitētia ductus amare fleuisset. O misera Italia
q̄ sic i culpis pcipitādo rotaris. q̄re nō aspicis mise
ricordes diuinos oculos. Audi Augu. i soliloquijs
de seipso dicētē. Ve inqt caligātibus oculis meis:
q te videre nō possunt. Ve auertētibus oculos: vt
non videāt veritatē. Nequeūt.n. oculi in tenebris
assueti: sūme veritatis radios ītueri. nec sciūt aliqd
de lumine existimare: quoꝝ est i tenebris habitatio
tenebras vidēt: ₇ tenebras diligūt: de tenebris eū-
tes in tenebras nesciūt vbi corruāt. Miseri nesciūt
qd amittant: q̄m cadunt apertis oculis: ₇ descē dunt i
īfernū viuētes. hec ille. ¶ Scđs aspectus dr̄ acce-
ptatiuus. Gen̄.4. Respexit dn̄s ad Abel: ₇ mune
ra eius. vnde suborta est primoꝝ fratrū inuidia: ita
vt alter alteꝝ iterficeret. O q̄z felix aia cuius opera
oculis sunt grata diuinis. Audi dn̄m iniquoꝝ ope-
ra spernētem. Amos.5. Odi inquit ₇ proieci festiui-
tates vestras: ₇ non capiā odorē cetuū vestroꝝ. Qr̄
si obtuleris mihi holocaustomata ₇ munera vestra
nō accipiā: ₇ vota pinguium vestroꝝ nō recipiam.
Odit autem deus: sed non solum odit: sed proijcit
festiuitates eorum qui non celebrant festiuitates
dei: sed suas. Et post pauca. Odisse autem et non
odorari ₇ proijcere humana loqtur similitudine: vt
nos affectū dei nostris sermonibus agnoscamus.
Et ponuntur hec verba. 24. q.1. c. odi proieci. Et
ppterea oēs serui dei omni mane vt bonoꝝ opera
respiciat deprecātur: dicentes in primis. Respice
dn̄e i seruos tuos: ₇ in opa tua dirige filios eoꝝ ₢c.

Et tēpore passionis oramus dicētes. Respice q̄sumus dn̄e super hanc familiā tuā ꝓ qua dn̄s noster Jesus xp̄s nō dubitauit manibus tradi nocētiū: ꝛ crucis subire tormētū ꝛc. ¶ Tertius aspectus dr̄ liberatiuus. Judith. 9. Respice inq̄t castra Assirioꝝ nunc sicut castra egyptioꝝ videre dignatus es: q̄n post seruos tuos armati currebāt. Sic respexit dn̄s ppl'm dei liberādo illū de manibus Pharaonis vt pz Exo. in pluribus ca. Inde iubilātes dn̄o decātabāt dicētes. Cātemus dn̄o: gloriose. n. egit. Equū ꝛ assessorē ꝓiecit ī mare. Fortitudo ꝛ laus mea dn̄s ꝛ fc̄ūs est mihi ī salutē. Iste deus meus: ꝛ glorificabo eū. deus p̄ris mei ꝛ exaltabo eū. Dn̄s q̄si vir pugnator fortis: oīpotēs nomē eius: currus Pharaonis ꝛ exercitū eius ꝓiecit ī mare. Sz ppl's iste maledictus vt ibidē ꝓpheta ondit: nō credidit adhuc mirabilibus eius: ꝛ defecerūt ī vanitate dies eoꝝ: ꝛ anni eoꝝ cū festinatōe. cū occideret eos q̄rebāt eū: ꝛ reuertebātur ꝛ diluculo veniebāt ad eū: ꝛ rememorati sūt q2 deus adiutor est eoꝝ: ꝛ deus excelsus redēptor est eoꝝ. ꝛ dilexerūt eū ī ore suo ꝛ ligua sua mētiti sūt ei. Cor aūt eoꝝ nō erat rectū: nec fideles habiti sunt ī testamēto eius ꝛc. hec ꝓpheta. O Italia flagellata hec cā ruine tue: q2 nō es memor bn̄ficioꝝ dei: ꝛ obaudis voci virtutis ei9. Audi ꝓphetā. Si ppl's inq̄t me9 audisset me. isrl' si ī vijs meis ambulasset: ꝓ nihilo forsitā inimicos eoꝝ humiliassem: ꝛ sup tribulātes eos misissem manum meā ꝛc. ¶ Quartus aspectus dr̄ flagellatiuus. heu heu tēporib9 nr̄is quot annis: nr̄is exigētibus culpis: hoc mō miserā Italiā respexit deus illā ferro: igne: strage: peste: ꝛc. castigādo. Audi Hiere. zz. Dabo igt te ī manu q̄rētiū aīaz tuā. i. vitā: ꝛ ī manu quoꝝ tu formidas faciē. Et īfra. Pertrāsibūt gentes multe ꝑ ciuitatem hāc: ꝛ dicēt. Quare fecit dn̄s sic ciuitati huic grādi: ꝛ rn̄dēt. Eo q2 reliquerit pactū dn̄i dei sui: quare ꝛc. ¶ Quintus aspectus dr̄ ꝯsolatiuus. p̄s. Respice ī me ꝛ miserere mei: q2 vnic9 ꝛ paup sum ego. Sic respexit ī oīonē Susanne q̄ clamās ad dn̄z exaudita est. liberās eā a falso iudicio. Danielis. 13. p̄s. Cū ipso sum ī tribulatōe eripiā eū: ꝛ glorificabo eū ꝛc. ¶ Sextus aspectus dr̄ electiuus ad phil. p̄mo. Predestinauit nos ī adoptionē filioꝝ dei ī laudē glie ꝛ grē sue. Et ad Eph. p̄mo. Elegit nos ante mūdi ꝯstitutionē. Et ad Ro. 9. Cū nondum inquit nati essēt: aut aliquid egissent boni vel mali dicit. Jacob dilexi: Esau vero odio habui: Sed de hoc ad plenū dominica secunda sequenti. ¶ Septimus ꝛ vltimus aspect9 diuin9 est corona tiu9. Hic nō opus est verbis: cum hoc quis aspicit oculo: necesse est vt paradisi menia tāgat. Sz aīaduerte aīa mea q2 q̄tuor sunt signa huius diuini aspectus. Primū dr̄ donatōis. Scd̄m dicit̄ ꝯfirmationis. Tertiū dicit̄ approbatōis. Et quartū dicit̄ ꝯsumatōis. ¶ Primū dicit̄ cōis donatōis: q2 benignus deus p̄mo tā bono q̄z malo: tam iusto q̄z iniusto suā grām gratis datā prepare disponit. ꝛ sic. solem suū oriri facit sup bonos ꝛ malos vt dicit̄ hic. ¶ Scd̄m dicit̄ cōfirmationis. q̄n coīcata vtrisq3 grā dei: tunc illa bn̄: recte: sancte q3 vtentib9 auget atq3 ꝯfirmat. Non bn̄ vtentib9 autē minuit ꝛ enervat. Ro. 8. Scim9 q̄m diligentibus deū oīa cooperant̄ in bonū ꝛc. Et ecōtra argumentū est ī malis. ¶ Tertiū dicit̄ approbationis. q̄n videns deus ipse hunc bn̄. hunc vō male sua grā vtentibus ꝛ cernens illos ꝑseuerare velle: huic grām approbat ad vite eterne p̄miū: ꝛ ipm amat. Impiū vero reprobat ꝛ odit: suppliciumq3 parat. Sap. 12. Odio sūt deo impius ꝛ ipietas ei9 ꝛc. ¶ Quartū ꝛ vltimū signū dr̄ ꝯsumatōis: q̄n cernens hunc bene in grā ꝑseuerātem sententiat ad vitā eternā: abutentem vero grā ad mortē. Et tūc īpossibilis est reuocatio q2 hūc ī bono ꝑseuerātē necesse est saluari. illū vero in malo necesse est dānari. Intelligēdo semp ꝓponens ī sensu cōposito. p̄s. Deleātur de libro viuētiū ꝛ cū iustis nō scribātur. quare ꝛc.

¶ Quomodo per diuinam gratiaz distinguantur boni a malis. Conclusio. III.

a Ccipe tertiā cōclusionē. vz. Grā diuina excellentissimum signum donūq3 dei est: quo filij dei a filijs diaboli peroptime discernuntur. ¶ Ad cuius declarationē tres ītigramus veritates. vz. ¶ Prima est ista. In qb9 boni ꝛ mali in hac vita ꝯueniunt. ¶ Scd̄a veritas est. ī qbus boni ꝛ mali omnino differūt. ¶ Tertia veritas est: qd̄ est maius desideriū qd̄ possint hoīes mali habere in hac vita. ¶ Ad primam ve. dico q2 tā boni q̄z mali oībus gratijs dei gratis datis ī hac vita coīcant. Eccl'. 9. Sunt iusti atq3 sapientes ꝛ opera eorum in manu dei: ꝛ tamen nescit homo vtruz amore vel odio dignus sit. sed omnia in futurum seruantur incerta. Eo q2 vniuersa eque eueniant bono ꝛ malo: iusto ꝛ impio: immolanti victimas et sacrificia cōtemnēti. Sicut bonus ita ꝛ peccator. ꝛ piurus ita ꝛ ille q verum dicit. Hoc est pessimum inter oīa que sub celo fiunt. q2 ea cunctis eueniant hec ille. Inde Job ille vir sc̄ūs de hoc summope mirabatur. 21. c. dicens. Quare ergo impij viuunt: subleuati sunt: conso rtatiq3 diuitijs: semen eorum ꝑmanet coram eis: ꝓpinquoꝝ turbe ꝛ nepotum in conspectu eoꝝ: domus eorum secure sunt. Non est virga sup illos. Bos eoꝝ concepit ꝛ non abortiuit vacca peperit: ꝛ nō est p̄uata fetu suo. Egrediunt̄ quasi greges paruuli eorum: ꝛ infantes eorum exultant lusibus. Tenent timpanum et citharam: et gaudent ad sonitum organi. ducunt in bonos dies suos: ꝛ in puncto ad inferna descendunt. O malus immo pessimus finis: o infelix letitia: o mundi cecitas: que momentaneo: vt ita dicam ioco: eternum tibi paras cruciatum: quare ꝛc ¶ Quātū ad scd̄az veri. dico q2 boni lz in pluribus a malis differant: ꝛ econuerso: tria tamē sunt principalia. ¶ Primo in malo modo viuendi. ¶ Secūdo in malo modo terminādi. ¶ Tertio ī malo fine cruciādi. ¶ Primo inq̄z differunt in malo mō viuendi. Et p̄mo in viuēdo sine timore. Eccl'. 9. Filij hominum absq3 vllo timore perpetrant mala. Secundo in glorian do sine consideratione. p̄s. Letantur cum malefecerint: ꝛ exultāt in rebus pessimis. Tertio in amādo terrena cum inordinatione. p̄s. Oculos suos

statuũt declinare in terraꝫ: ꝑpterea dilectus ille a xp̃o discipulus. p̃ma ep̃la. c. z. ad dei seruos vocife rabat. Nolite diligere mũdũ: neqꝫ ea q̃ sunt in mũ do: q̃ñ mundus ptransibit: ⁊ cõcupiscentia ei⁹. Et Jesus dulcissim⁹ Math. 10. c. aũ. Qui amat p̃rem aut m̃rẽ plusq̃ me: nõ est me dignus. ℭ Secũdo differũt in malo mõ terminãdi. q̃ñ regula genera lis est. Qui male viuit: male finit. p̃s. Mors pecca toꝝ pessima. Uñ mali male viuẽtes de vitio i vitiũ ruunt. boni de v̄tute in v̄tutẽ deducunť. Audi ꝑ phetã dicentẽ de malis. Tu v̄o deus deduces eos in puteũ interit⁹. Et apoc. vlt. Qui in sordibus ẽ: sordescat adhuc. Et Grego. Pctm̃ qd̃ p pniãꝫ nõ delet: mox suo põdere ⁊ aliud trahit. Et de bonis idẽ ꝑpheta ait. Ibunt de v̄tute in v̄tutẽ videbitur deus deoꝝ in syon. ℭ Differũt tertio i malo fine cruciandi Math. 25. Ibunt hi i suppliciũ eternũ. Justi v̄o in vitã eternã. Audi pulcherrimã aucto ritatẽ Augu. de ciuitate dei. In his inqt distribuẽ dis agit quidẽ de⁹ opatione sua. Nã si nũc oẽ pec catũ manifesta plecteret pena: nil i vltimo iudicio seruari putareť. Sicut etsi nullum pctm̃ puniret aptã vĩdicta: nulla diña ꝑuidẽtia putareť. Et idẽ placuit iqt diñe ꝑuidẽtie p̃parare qdẽ iustis bona in posterũ: qbus non fruerenť iniusti. mala autem ipsis qbus non excruciabunť boni. Ista aũt tpalia vtrisqꝫ voluit esse cõia: vt ne bona auidius appe tantur que mali quoqꝫ hr̃e cernuntur. et ne mala turpiter euitentur. quibus ⁊ boni plerũqꝫ afficiũť. hec ille. ℭ Quãtũ ad tertiã dico q̧ sicut bonis hec vita nauseã generat: ita mali hanc vitã durare ꝑ optant. exemplũ illius diuitis. Luce. 12. Aĩa mea habes bona reposita in annos plurimos ⁊c̃. Inde bonus ille Pau. ad Phil. 1. clamabat. Cupio dis solui: ⁊ esse cum christo. Quis me liberabit de cor pore mortis huius: quare ⁊c̃. Et hec sufficiant pro prima consideratione huius sermonis.

ℭ De necessitate diuĩe gr̃e. Cõsideratio. II.

S **Ecundo loco** Diuine gra tie opportu nam requisitionẽ videamus. Ubi tres conclusiones more solito subiungamus. videlicet. Prima conclusio est ista. Quãdo huma na nã a voluntate diuina rebellauit: q̃uis in vi ta p̃mam fecisset: nũq̃ tñ sine dei sp̃ali gr̃a sal uari potuisset. Scd̃a cõclusio est ista. q̃uis per xp̃i mortẽ humana natura fuerit rep̃ata: nũq̃ tñ si di uina gratia cũ bonis opibus non cõcurreret: pos set anima ad eternã gloriã scãdere. Tertia ꝯclo ẽ ista. Et si deus cũcta que sue nõ derogant digni tati per seipsum facere possit: tñ sine gratia specia li nihil regit eorum que creauit.

ℭ Quod sine gratia speciali humana natura sal uari non potuit. Conclusio. I.

A Ccipe primã cõclusionẽ ⁊c̃. Ad cuius de clarationẽ tres iquiramus veritates vꝫ. ℭ Prima ꝑpter q̃ pctã xp̃s pati voluit. ℭ Scd̃a q̃re hũana natura p seipaꝫ sal uari ñ potuit. ℭ Tertia qd̃ fuerit mirabili⁹ op⁹: qd̃ fecerit xp̃s i vita ista. Quãtum ad p̃mã dico bre uiter q̧ xp̃s pati voluit pro peccatis totius hũane nature: q̃ i p̃mo pente fuit anihilata. Nec itelligas q̧ ꝑ proprijs peccatis mortalibus: in quib⁹ aliquis mortu⁹ ẽ: satisfecerit xp̃s. sed solum ꝑ pecc̃is mor talibus p̃mioꝝ parẽtũ: quibus tota hũana natura erat cõtaminata. Non. n. liberauit deus morte xp̃i mortuos in peccato mortali: q: in inferno nunq̃ vlla fuit redemptio eorum qui i inferno dedicati sunt. Inde Isa. 53. ait. Uere langores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit: ⁊ nos reputa uimus eum quasi leprosum ꝑcussum ⁊ humiliatuꝫ a deo. Ipse autẽ vulneratus ẽ propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nr̃a: disciplina pacis sup eũ: ⁊ liuore eius sanati sum⁹: ⁊c̃. 1. Pe. 2. Qui peccata nostra inquit ptulit in corpore suo sup lignũ: vt peccatis mortui iustitie viuam⁹. Et ad titum. 2. Apparuit bẽignitas ⁊ hũanitas salua toris nostri dei: nõ ex opibus iustitie que fecimus nos: sꝫ secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit ⁊c̃.

ℭ Quãtum ad s̃am dico q̧ triplici ratione p̃nci pali humana natura p seipsam saluari non potuit. Primo ratione incõgruitatis. Secũdo rõne ordi nabilitatis. Tertio rõne icõpossibilitatis. ℭ Pri mo ratione incongruitatis. Nã si hũana natura p seipsam saluari potuisset: sequeretur q̧ xp̃s gratis .i. frustra mortuus esset. ꝯsequẽs ẽ falsum ⁊ absur duꝫ. ergo illud ex quo sequitur. Sequela ꝑbatur. Quid. n. q̃so medic⁹ ad nos venire voluit: vl̃ cur ad saluandũ ⁊ querendum quod pierat venisse se dixit xp̃s: si nihil perditum: nihilqꝫ quod sanaret inuenit. Interroga fidum Paulũ: cur filius dei in hunc mundum venit. audi quid dicat. Fidelis est sermo ⁊ omni acceptatione dignus. quia xp̃s vẽit in hunc mundum pctõres saluos facere: quoꝝ pri mus ego sũ. Maluit. n. gloriosus de⁹ i seipꝫ sceu⁹ putari q̃ꝫ in nos parum clemens esse. O magnum charitatis indicium: ⁊ oĩ suauitate repletum. O i gens eterni patris ardor amoris: qui vt nobis pce ret ꝓprio filio non pepercit: qui nõ auꝝ dedit: non argentum apprehendit: nõ pecuniam numerauit: sed semetip̃m tradidit: sanguinem suum fudit: ⁊ ꝑ nobis omnibus aĩam suaꝫ posuit. q̃re ⁊c̃. ℭ Se cundo rõne ordĩabilitatis. Sic. n. s̃ãxerat de⁹: vt homo p seipsum cadere posset. sꝫ nõ p seipsuꝫ post casum releuare. quod ⁊ ꝑpulchre dñs ostẽdit in fi gura illius hominis ab hierusalem i hierico descẽ dẽtis. dic textũ totũ. Que verba Aug. ꝯ pelagium sic exponit. homo iste genus humanũ ẽ ab hierusa lem descendens in hierico. i. de paradiso in hunc mundum. Hierusalẽ. n. visio pacis iterpretatur. Anteq̃ꝫ. n. homo peccaret i visiõe pacis erat. i. in paradiso: vbi qcqͥd intuebatur pax erat atqꝫ leti tia. Inde aũt descẽdẽs humiliatus. i. miser fact⁹ p peccatũ venit in hierico. i. in hũc mũdum. Hie rico. n. luna interpretatur. q: mundus velut luna mutatur hic incidit in latrones. i. diabolũ ⁊ ange los eius. i. p inobediẽtiam miserrimũ genus hũa num demonibus se mãcipauit. q dispoliauerunt eũ. i. diuinã gratiaꝫ liberiqꝫ arbitrij in bonũ pos sibilitatem pdidit: ⁊ plagis eũ totum affecerũt. qa

oēs posteri hac sunt plaga pcussi: sicq₃ oēs in iniq-tatibus cōcepti. Et eo semiuiuo relicto abierunt. Semi nāq₃ viuus lȝ vitalē habeat motū: ex se tamen ambulare nec surgere pōt. sic ꝛ gen⁹ humanū p ꝓprias vires resurgere nō poterat. Descēdens aūt sacerdos eadē via: eo viso ptransijt. similr ꝛ leuita. In his sane duob⁹ duo tpa itelligunt̄. s. legis ꝛ ꝓphetar̄. In sacerdote legē p quā sacerdotiū ꝛ sacrificia sunt instituta. Et in leuita vaticiniū ꝓphetar̄ intellige: quor̄ tpibus totū gen⁹ humanū sanari nō potuit. qm̄ oēs ex Adā ꝛ matre pma nascentes: tāq₃ chirographo pmo ɔstricti stipendiū pcti moriēdo soluerunt. Stipendiū .n. pcti mors est: vt apl's ait. Sacerdote aūt ꝛ leuita ptrāseūtib⁹: samaritanus qdā iter faciens venit sec⁹ eū. Samaritanus aūt custos iterptat̄. Et hic xp̄s fuit q nos sua grā defēsauit. Uenit aūt secus eū in silr̄itudinē carnis pcti. ꝛ vidēs eū misericordia mot⁹ est sup eū. qd nāq₃ vidit: Uidit inq₃ gen⁹ humanū ꝓstratū ꝛ mia motus est: q₂ in eo quo curari dign⁹ eēt nullū meritū inuenit ꝛ appropians alligauit vulnera ei⁹. i. dānauit pctm̄ i carne. ifundēs oleū ꝛ vinū. i. carissima sciñ ꝛ sāguinē suū. Et iposuit illū i iumētū suū in adiutoriū. vȝ. grē icarnatiōis sue. Et duxit i stabulū. i. in ecclīā suā: donās ei fidē ad credendū in eū. Et altera die. i. q̄n ipe alio. s. post ascēsiōez ꝓtulit duos denarios. vȝ. nouū ꝛ vet⁹ testm̄ in quo nūmisma dei ē: ꝛ dedit stabulario. i. Paulo apl'o q ē vas electiōis cui sollicitudo est oium ecclesiarum. Et ait. curā illi⁹ habe. i. que ad fidē meā ptinent: ꝛ quō ad verā sanitatē venire debeat illum edoce. Et qcūq₃ supererogaueris: dū rediero reddā tibi. i. qcqd sup euangelij doctrinā bonā docueris: cū rediero. s. ad iudiciū reddā tibi. Quid aūt sit illud qd supra legē euangelij Paulus erogauerit: dicit Augu. puto ꝙ sit illud qd ad Corinthios ait. De vginibus aūt pceptū dn̄i non habeo. ɔsiliū autem do: tāq₃ misericordiā consecut⁹ a deo vt sim fidelis ꝛc̄. Et sic pȝ scd'a rō. ¶ Tertio ratione incompossibilitatis. ista .n. icōpossibilia sunt: vt creatura creature magis q₃ deo sit subiugata: ꝛ magis obligata. sȝ hoc fuiss̄t si creatura p seipaȝ se liberassȝ: vt pȝ ituenti: qm̄ maius est bn̄ficiū redēptionis q₃ creatōis. q̄re ne humana nā i amore ꝛ obligatione sūme diuiderct̄: q creauit redemit: vt dicit Ansel. li. cur deus hō. q̄re ꝛc̄. ¶ Quantū ad tertiam dico aīa cara ꝙ multa mirabilia fecit xp̄s i hac mortali vita. Nōne mirabilia ista opa fuerunt curare ifirmos: mortuos suscitare: cecos illuminare: demones effugare ꝛc̄. Jo. 7. Si nō venissē ꝛ locutus eis non fuissem: pctm̄ non hrent. Nōne ꝛ vba mirabilia fuerunt. Math. 5. Diligite inimicos vr̄os: bn̄facite his q oderūt vos. Math. ii. c. Nūq₃ sic locutus est hō. Inde dicebat ipse Jo. 14. Opa q̄ ego facio ipsa testimoniū pibent de me. Propterea cec⁹ Joānis. 9. dixit. A seculo non est auditū vt apiret quis oculos ceci nati. Quāuis ergo multis virtutibus in hac vita claruerit xp̄s: tamē in septē spālit̄ operibus eternus pater xp̄m filiū eius i septē permaxime mirificauit: que in septē sigillis Apoca. 5. designantur. hic textū ¶ Primo ergo eternus pr̄ clarificauit ꝛ mirificauit filium eius Jesum benedictū in sua ɔceptione. Hiere. 31. Nouū faciet dn̄s sup terrā: mulier circundabit vir̄ gremio vteri sui. In qua gl'iosa ɔceptōe duo mirabilia fuere. Primū q₂ sine oī prorsus labe ɔceptus. ps. Qui igreditur sine macula. Scd'm q₂ sine ꝓrsus alteri⁹ cōmixtione. Luc. 1. Qd ex ea natū est de spū sācto ē. ¶ Scd'o in pciosa natiuitate. ps. Cātate dn̄o cāticū nouum q₂ mirabilia fecit dn̄s. Ecce mirabile magnū vgo parit filiū: ꝛ vgo est in ptu: virgo post partū ꝛ vgo aū partū. Jsa. 7. Ecce vgo ɔcipiet ꝛc̄. ¶ Tertio in deuota baptizatōe: ꝛ in miraculorū opatōe. Luce. 3. Et ecce apti sūt celi ꝛ vox pr̄is i. tonuit. hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹ i quo mihi bn̄ ɔplacui. In miraculor̄ opatiōe. Jo. ii. c. Nōne dixi tibi si credideris videbis gl'iā dei. Et Jo. 7. Si nō venissē ꝛ locutus eis nō fuissez ꝛc̄. ¶ Quarto i trāsfiguratione. Math. 7. Resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta aūt eius fcā sunt alba sic̄ nix. ¶ Quinto in passione. Math. 27. Petre scisse sunt ꝛ monumenta apta sunt ꝛc̄. ꝛ luc. 23. Uere fili⁹ dei erat iste. ¶ Sexto i resurrectiōe. Math. 28. Angelus aūt dn̄i descēdit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē: ꝛ iter̄. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sūt custodes: ꝛ sci sunt velut mortui. ¶ Septimo ꝛ vltimo et̄nus pr̄ gloriosū filiū suū hac in vita mirabilē fecit i gloriosa ascēsione. Actuū pmo. Uiri galilei quid admiramini aspiciētes in celū ꝛc̄. Et sic patet ista cōclusio. ¶ Q₂ etiam post reparationem humane nature p xp̄m sine alia dei spāli gratia aīa ad vite meritum scandere nō potest. Cōclusio. II.

a

Ccipe secūdam ɔclusionē. vȝ. q₃uis per xp̄i mortez hūana natura fuerit repata: nūq₃ tn̄ si diuina grā cū bonis opib⁹ non ɔcurreret: posset aīa ad et̄nā vitā scādere. Ad cui⁹ delaratōez tres ingramus vitates. vȝ. ¶ Pria q̄re hō sine grā ad vitā resurgere nō pōt: sicut ꝛ sine ipsa cadē. ¶ Scd'a quō ista grā diuina ad hoc cōcurrit: quēq₃ ordinem seruat. ¶ Tertia an ista diuina grā ad tēta tiōib⁹ resistēdū sit necessaria. ¶ Quātū ad pmā dico ꝙ triplex de hoc rō assignari pōt. ¶ Prio q₂ hoc repugnat sacre scripture. ¶ Scd'o q₂ repugnat recte rōni. ¶ Tertio q₂ hoc repugnat māifeste exēplificatōi. ¶ Prio inq₃ hō sine dei spāli grā resurgere nō pōt: q₂ repugnat sacre scripture ꝛ sacre lectōi. Etsi de hoc mlt'e sint auctes. ꝛ ppulchre hoc tāgat Aug. ɔtra pelagiuȝ: ꝛ magister. 2. sniarūȝ. dis. 28. Istas tn̄ tres ad pn̄s accipe auctes. pmo Aug. in ꝓsolodiō. c. 5. Si psumat igt peccator mūdari non pōt: nec ex corde cōpungi: q₂ nisi dn̄s Petrū aspexisset: nūq₃ pn̄ia ductus amare fleuisset: qd de respcū spūali intelligi dȝ: ꝛ non corpali: q₂ dicit textus ꝙ Petr⁹ erat foris stans in atrio sūmi sacerdotis: xp̄s vo i camera tormenti. Itē Isidorus de sūmo bono. Postq₃ igt nos pctō obligauerim⁹: ꝛ opibus diaboli: iaȝ nos nr̄a vtute resurgē nō valem⁹. Et ꝓpheta. Grām igt ꝛ gl'iaȝ dabit dn̄s. Et idez. Nisi q₂ dn̄s adiuuit me: paulominus hitasset in iferno aīa mea. Et idez

ĩ nobis pōt tripl'r accipi. vz. aut p̄o ipsa sensitiua passione. q̄ pōt rōi obedire. aut pro passione sensitiua non subiecta rōni. aut pro passione sensitiua vt subiecta rationi. Si accipitur p° mō: sic mīa nec virtus nec vitium ē de se. q: talis motus a nā est ⁊ ad vtrūq; īdifferens. Si 2° mō: sic mīa vitium est. Nā si qs maleficijs mīam faceret: ⁊ cōpateret̄ sic vt iusticiā desereret prorsus talis mīa vitiū ēēt: cum dn̄s Exodi. 23. dicat. Pauperis nō misereberis in iudicio. Si vero accipiatur 3° mō sic prope ē vt⁹ ⁊ sic intelligit̄ illud Math. 2. Misericordiā volo ⁊ non sacrificiū. i. potius q̄z sacrificiū. Et Math. 5. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā consequn tur. ⁊ similr alie auctoritates idē sonantes: His sic notatis apparet quō mīa ī nob sit: s; nō qnō ī deo. pptterea dico q̄ cū oē dicēs pfectionē ī creaturis sit ponendū in deo: vt sepissime ostēdimus. ⁊ mīa in q̄tū dicit effluxū bonitatis ī alterz dicit pfectionez ⁊ b'm q̄ dicit cōpassionē siue dolorez de alienis mi serijs dicit ipfectionē. manifestū ē q̄ mīa in deo so lū erit b'z p̄miū respectū: ⁊ nō secūdū aliū: in creatu ris āt vtroq; mō. Et iō q̄uq; doctores diffiniunt mīam tm̄ vt est in creaturis. Sicut ⁊ Greg. 20. li. mora. accipe vi: dū dicit q̄ mīa a misero corde di cta ē. Claz. n. ē q̄ de⁹ cor miser nequaq̄z hēc pōt quū vt ponitur. 7. Ethic. Gaudet ipse deus sim plici ⁊ purissima delectatiōe. Dicit̄ g° de⁹ miseri cors: q: miserias nr̄as lauat ⁊ abstergit. ps̄. Qui p pitiat̄ oīb⁹ iniqtatib⁹ tuis: q sanat oēs īfirmitates tuas: q redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in mīa ⁊ miseratione. q̄re ⁊c̄. Sed dices hic pat̄ Ambrosi īsurgit vna maxīa difficultas. Videt̄. n. ex h° cōcludi posse q̄ diuina bonitas ⁊ diuina mīa sint eiusdē rōnis. hoc āt falsuz. g° illud ex quo seq tur qd̄ ē ipsa doctrina tua. q̄ aūt seqnat̄. pbo. Nā p te dīna mīa nō dicit aliud nisi affluxū bonitatis ī alterz. hoc autē est de ratione bonitatis quoniaz bonū ē suipsius cōicatiuū. g° ⁊c̄. q̄ āt hoc sit falsuz pbo qm̄ qcunq; sunt eiusdē ratiōis sunt eiusdem ambitus. s; mīa ⁊ bonitas non sunt eiusdē ābitus qm̄ bonitas diuina cōicat̄ oibus creaturis: nō aūt mīa. q: nō in lapidib⁹: piscibus. ⁊ huiusmōi. pprie. n. creature rōnales capaces dīne mīe sūt. Nā cū mīa miseriā respiciat: ⁊ miseria sit 9ria felicitati ⁊ fe licitas nō possit eē nisi rōnalium creaturarum seq tur q̄ nec mīa eē pōt nisi respectu earundē. Quid dicis ad hec p̄r Ambrosi. Aia mea tibi dico q̄ q̄z uis diuina mīa sit diuina bonitas: non tamen e⁹ addit. n. mīa q̄dam ad diuinā bonitatē. Vbi nō b'z btm̄ Tho. in. 4. di. 46. q̄ diuina mīa differt a diui na bonitate in tribus. ⁊ ipse postea addit quartum. ¶ Primo differt in t'mino. qm̄ diuina mīa respi cit terminum a quo: s; dīna bonitas t'minū ad quē. Nā mīa respicit remotionē dfect⁹. ⁊ p 9ns facit de dficiente pfectū qd̄ est pprīū ipsius dei. sed boni tas respicit cōicatiōez pfectiōis: q: bonū ē suipsi⁹ cōicatiuū. ⁊ sic solūmō respicit t'minū ad quē. Ista dr̄ia iudicio meo nō est sufficiēs. q: tam in cōmuni catione bonitatis q̄z in remotione defect⁹ cōsidera tur t'minus a quo ⁊ t'minus ad quem. ¶ Ideo ac cipiam⁹ aliā dr̄iaz: q̄ ē q̄ dīna mīa ppe loq̄ndo pti net ad dīnā puidētiā: q̄ cōicat bona sua creaturis rōnalib⁹ tm̄. cū ipse mū sint felicitatis capaces sed bonitas respicit diuinā pudentiā put cōicat sua bona omnib⁹ creaturis. ¶ Tertia differētia est. q: mīa assimilatiōnē q̄ndaz īportat pudentis ad eū cui puidetur: inq̄tū puidens alterius miseriā re putat q̄si suā. ⁊ hec mīa nō pōt eē nisi in creatura q̄ aliene miserie estimationē h'z. ⁊ hec solum est ra tionalis. Bonitas āt īportat cōmunicationē sim pliciter. ⁊ p 9ns cuilibet creature bonitas cōicari pōt: nō sic āt mīa. ¶ Quarta dr̄ia quā addit doctō ē. q: mīa remouet dbitū ab eo cui puidet̄. Nō. n. dr̄ dari misico: dit culpā qd̄ ei dbet̄. s; bonitas nō remouet debiti rōnez ab eo cui aliqd datur, vnde bonitas se h'z cōiter ad largitionē iustitie ⁊ mīe. q̄r ⁊c̄. Ista ponit ad l'ram beatus Tho. Clara st̄ oīa. Iō ista sufficiant pro presenti cōclusione.

¶ De accōmdatiōe dīne mīe. Cōsideratio. II.

SEcundo loco diuine mīcō die oppōtunā accōmodationē videamus. Vbi tres cō clusiōes sbiungam⁹. vz. ¶ p° 9clo ē ista Si accurate studioseq; diuinā meminerim⁹ boni tatē: h° eē pcipuū ⁊ qd singulare colligem⁹: q̄ eter nus pr̄ vt nobis succurreret tam miseris: filiū suū vnigenitū mittere dignatus sit. ¶ 2° 9clo est ista Quāuis geometre mensurēt īmēsitatē: ⁊ arithme trici cōsiderēt numerositatē: nullus tn̄ dyametrū cōmensurātem: ⁊ numerū numerātē diuinā qbus posset determinare īmēsitatē potuit repire. ¶ 3° 9clo ē ista. Si q̄ de dei mīa scripta sūt reuoluem⁹ dignā oi laude eāipsā diuinā mīam reperiem⁹.

¶ Quāta fuerit mīa dī pr̄is ī mittēdo filiū 9clo. I.

ACcipe p̄mā 9cloneз. vz. vt s̄. Vbi tres i grant⁹ ẏi. vz. ¶ Prīa ẏi. ē ista. An de⁹ potuisset aliter p mīaz iuuare hūanā nāz q̄z ei hypostatice se vniēdo. ¶ 2° ẏi. q: nō poterat hō p se satisfacē: sic p seipm peccauerat ¶ 3° ẏi. ē ista. an de⁹ potat assumē naturā huma nam alio mō q̄z de gn̄e Ade. ¶ Quantū ad p̄mā vert. dico q̄ h⁹ rēnōis ē magr̄ i. 3. di. 20. ⁊ Hugo li°. i. pte octaua. c. 10. ⁊ cōiter oēs. q̄ dō cuius ptāti cūcta subiacēt: nullus fideliū ignorare dz aliū mo dū fuisse possibilē. Audi verba magri vt s̄. c. i. Si vero q̄rit̄ vtr̄ alio mō posset hominē liberare q̄z p mortē xp̄i. dicim⁹ ⁊ aliū modū deo fuisse possibilē cuius potestati cuncta subiacēt: s; nr̄e mīie sanan de cōueniētiorem modū aliū non fuisse: nec ēē o portuisse ⁊c̄. Dn̄s aūt Bonauē. vt. s̄. hanc 9grue tiā oūdit tā ex pte dei q̄z ex pte nr̄a. Ex parte dei sic. Nulla rō psuadet vt deus suo voto ⁊ ītentiōe frustret̄. qm̄ deus ⁊ nā nihil agunt frustra. ex. i. de celo. ⁊ mundo. s; de⁹ iō hoīem fecit vt eo frueret̄. cūcta. n. ppter hominē fec̄ hominē aūt pp se: vt re fert Aug⁹. sed nūq̄z ad h° puenisset hō q̄zdiu ī mi ne statu p̄māsisset. g° decentissimum fuit vt iuua ret̄. Et ex h° pōt īferri correlarie dcm̄ quoddā btī Anselmi li°. cur deus hō. s. q̄ opa dei d̄ necessitate eueniūt: necītate supple seruādi īmutabilitatem dīne dispōnis. 2° h° idē pbo ex pte hūane nāe. nā nisi nā hūana repata fuiss;: tot⁹ mūdi ordo frustrat⁹

eēt. Probo. nā ñ reparato hoīe. hō ad suū finē nō
puenisset: vt pz ī alia rōe. ⁊ si ipē nō puenissz. gᵒ nec
ea q̄ ordināī ad ipsū. sz cūcta creata ordinārī ad ipsū.
gᵒ ⁊ oia suo fine frustrata eēnt. Propterea imaginā-
dū ē q̄ hūana nā oī misia plena ab imis dinā miaz
iplorabat: ⁊ suppliciī postulabat: vt sibi man⁹ clemē
tissimas porrigēt adiutrices. Dina mia miserie nr̄e
voces audiebat: ⁊ eā misicōdiī attēdebat: ⁊ alia ex
pte dina iusticia satisfactōez poscebat. Et sic dina
mia vna ex pte iusticiā: ⁊ alia ex pte misiā nr̄az cla
morib⁹ istātē audiēs ⁊ ꝯsiderās mēte reuoluebat:
quō dine iusticie satisfacēt: ⁊ hūanā nāz iuuare pos
set. Et q̄n sic argumētās dicebat. hō dz satisfacē: sz
negt. filı⁹ dei v̄bū cēnsū pōt: sz nō dz: qd faciā: vniā
v̄bū carni: ⁊ oia recte fiēt. ⁊ sic se ad dinā iusticiam
voluēs: pacē petēs allocuta ē. faciā o iusticia scā q̄d
regrīt tibi misere hūane nāe subsidiū dabo. ⁊ sic vt
ps. ait. Mia ⁊ vitas. i. iusticia osculate sūt: ⁊ pacē fe
cere. Jn̄ Paul⁹ ad Gal. 4. Cū vēit plēitudo tpis
misit de⁹ filiū suū natū. i. nascēdū sub lege: vt eos q
sub lege erāt redimēt. Audi pulcherrimū vbū ma
gri. vt. s. i eo. c. i. Quid. n. mente nr̄as tm̄ erigit: ⁊
ab imōtalitatē dispatōe libat: q̄z q̄ tātos nos fēc vt
dei filius imutabiliī bon⁹ ī se manēs q̄d erat digna
t⁹ nr̄m inire ꝯsorniū mala nr̄a moriēdo pferret: hec
ille. Sz de hᵒ ēt feria 6ᵃ dn̄ice de passione. q̄re ⁊c.
C Quātū ad faz vc. videīt qdā dixisse: sz ñ recte q̄
nullū ē incōueniēs: q̄ nā hūana p scipsā satisfacere
potuissz: tm̄ voluit d̄s vt īcarnādo ipse ⁊ satisfacien-
do p nā hūana grādē amorē suūz erga ipsā ondēt.
Et possibilitatē hāc sic ondūt. Nā sic p petō mōtali
cū īfinitū sit: p nos ipos satisfacim⁹: sic ⁊ p petō suo
poterāt pmi parētes per scipos satisfacē. Itē cū nō
sit abbreuiata man⁹ dn̄i ad oīa possibilia: vr̄ satz hᵒ
fuisse possibile: deū alterz hoīez nō exūtē in lumbis
Ade fm corpulentā subām creare potuisse: vt p nra
ex fra sic pmū hoīem fēc. ⁊ hic nulla labe pollutus
exīs potuissz p gn̄e humāo satisfacē. O aīa mea sa
luti tue erige aures: hic tota salus tua: hic oīs spes
tua: hic ver⁹ amor tu⁹. Sit sp bn̄dict⁹ deus ⁊ glīosus
q̄ itelligēnā talē hoib⁹ dedit. Volo aīa mea cōcedē
q̄ ista fatenī. Et volo q̄ xp̄s fuerit pura creatura:
⁊ purior oī creatura possibili. ⁊ volo q̄ satisfecerit
vt fec: negare nō posī q̄ hūana creatura xp̄o obli
gata nō sit. Tunc sic. hūana nā redēpta p xp̄m erat
xp̄o obligata: sz q̄ito gr̄a ⁊ bn̄ficiū maiora sūt ex pte
dātis tāto maior insurgit obligatio ex pte recipiētis:
vt per btm̄ Tho. pz 2ᵃ 2ᵉ. q. 106. ar. 2. Cū āt bene-
ficiū redēptōis sit maius bn̄ficio creatōis. sequitur
q̄ humana natura magis obligata erat propter
beneficiū redemptionis q̄z creationis. sed a xp̄o ha
buit beneficiū redēptōis: a deo āt beneficiuz crea-
tōis: gᵒ magis erat obligata xp̄o pure creature q̄z
deo purissimo creatori. hoc āt absonū ē: tū hereticis
tū ifidelibus cūctis: ⁊ oī ꝓrsus rōni ꝯtrariū: vt creatu
ra magis alteri creature q̄z creatori sit obligata. gᵒ
nece fuit vt redēptor creator eēt ⁊ creatura sil' vt i-
q̄tū d̄s poss: iq̄tū creatura d̄bēt. Jn̄ audi Aug. li.
2. d̄ sacris. Qui creauit iqt te: ille rēdemit te ne amo
rē tuū diuideres: pri tribuēs creatori: ⁊ ptiz tribuēs
redēptori. hec ille. Sit benedict⁹ dn̄s. Audi Ber.
Si totū mgr debeo p me facto: qd debeo pro me
refacto? Itē addo istā rōnē q̄re hō pro scipso sati
facē nō poterat: vt. s. q̄liber p sua parte satisfecissz
dubitare. n. qdā solēt: dicētes q̄re nō potat vnus-
q̄sq̄z pro sua parte satisfacere. vt tu tua. ego mea: ⁊
sic de alijs. Propterea dico q̄ rō q̄re hoc fieri non
potuit. ē q̄m satisfactio quā q̄sq̄z ꝑticulariī exoluit
respicit satisfaciētē: vt ꝑsonā ꝑticularem: sed pccm̄
originale cū sit deꝑuatio nāe: respicē ꝓpagationem
et nām cōem. Quare concludamus q̄ oportebat
vnū hoīem assignari ī quo ēt tota nā communis eēt
hic āt solus potuit eē xp̄s de⁹ ⁊ homo. Et p ꝯn̄s sicū
in Adā tota nā cōis erat corrūpēda: ita ⁊ ī vno ho-
mine xp̄o erat saluāda. ⁊ p ꝯn̄s sicut in Adā omnes
mortui sumus: ita ī xp̄o omnes sum⁹ viuificati. q̄-
re ⁊c. C Quātū ad t̄tiam veri. dico q̄ magister sē-
tentiarz in. 3. di. 12. c. 2. hanc questionē tangit sic ad
lrām dicens. Solet etiā queri vtr̄ aliū hoiem q̄z
de gn̄e illius Adam deus assumere potuit. Ad q̄d
sane dici potest ipsūz ⁊ aliā aiam ⁊ aliā carnem po
tuisse assumere. q̄ ex gr̄a tm̄ assumpta est illa aia ⁊
caro a verbo dei. vt. n. ait Augu. li. 13. de trini. c. 22.
In rebus per temp⁹ ortis: illa sūma gr̄a est q̄ hō ī
vnitate persone coniunct⁹ est deo. Potuit igiī deus
⁊ aliā animā ⁊ aliā carnē assumere. ⁊ carnē vtique
aliunde q̄z de genere Adā. Unde Aug. 13. de trini.
c. li. 38. Poterat de⁹ vtiq̄z hominē aliunde suscipē
in quo eēt mediator dei ⁊ hoium: non de gn̄e illius
Adā q petō suo obligauit genus humanū: sic ipsūz
quem pᵒ creauit nō de gn̄e alicui⁹ creauit. Potat
gᵒ vel sic vł alio quo vellet mō creare vnū aliūde:
de quo vincereī victor prois. i. diabol⁹. Sz melius
iudicauit de ipso q̄d victū fuerat gn̄e assumere ho
minē p quē hois vincēt inimicū ⁊c. hec ille. Ex q̄b⁹
verbis pz quō possit rō formari: ⁊ dicatur sic. Illud
q̄d ex mera gr̄a fit: pōt aliter fieri. sz hoc q̄ deus de
genere Ade hoiez assumpserit: ex mera dei gr̄a est
gᵒ ⁊ potuit aliter fieri. ꝯn̄a nō cū maior: minor aūt
ꝓbaī ex dictis Aug. adductis in lr̄a. q̄re ⁊c. Ex q-
bus tres sequunī veritates. C Prima veritas est
q̄ absolute loquendo potuit deus assumere q̄zlibz
nām: vt bouis asini: lapidis: ⁊ hi⁹. pz. q̄m q̄ assum
pserit humanā nām fuit ex gr̄a. ergo absolute aliā
vnire sibi poterat. Ista tn̄ veritas aliq̄bus ābigua
est. mihi tn̄ sic videī. C Scd̄a veri. est q̄ lz omnez
aliā sibi nām vnire potuit tn̄ cōgruētius fuit: vt hu
manā assumeret: pz ex dictis. C Tertia veritas ē q̄
lz absolute nām humanam in sexu muliebri assu-
mere potuisset: cōgruētius tn̄ fuit vt in sexu virili
assumereī. Et ꝓbaī hec vitas p aug. li. q. 83. q. 11. sic
dicētem. Hois liberatio in vtroq̄z sexu debuit ap-
parē. gᵒ q: vir: opōtebat suscipē. q: sex⁹ honorabilior
ē: ꝯn̄s ē vt semiei serus liberatio hic appereī. q: ille
vir de femia ē. hᵉ ille. Et hᵉ sufficiāt p pma ꝯclone.

C De imēsitate dine mīe. Cōclō. II.

Ecipe hanc conclonem. vz. Quāuis geo-
metre mensurent imensitatem: ⁊ arisme
trici considerent numerositatem: nullus
tamē dyametr̄ cōmensurātem. ⁊ numerū

a

numerātem: diuinā quibus posset determinare. Imē sitatem: potuit reperire. Ubi tres ingramus veri. ¶ Prima ve. ē ista. Que sūt signa diuine mie. ¶ 2ª ve. ē. Qui sūt effectꝰ diuine mie: ¶ 3ª ve. ē. An sit ali qđ pctm̄ iā grāde ꝙ dei mīa tolli n̄ possit. Iste tres veritates ꝓptime declarāt diuine mie imēsitatem. ¶ Accipe p̄mā vitatē. ⁊ breuiꝫ. dico ꝙ lʒ nulli sint diuine mie respectꝰ ad p̄ns tn̄ q̄tuor signa ponamus. q̄ ī q̄tuor actibꝰ xp̄i Iesu crucifixi ondunꝫ. ¶ Primū signū dr̄ grate expectationis. ¶ 2m dr̄ graiose āplexatōis. ¶ 3m dr̄ amorose pacificatōis. ¶ 4m dr̄ ignite dilectōis. ¶ Primū inq̄ꝫ signum dr̄ grate expectatōis. Isa. 30. Expectat dn̄s vt misereaꝫ nr̄i. Nō. n. benignꝰ deꝰ ad executōēꝫ sn̄ie currit: nō festinat irasci. sustinet: dissimulat: ⁊ spectat. Audi deuotū Ber. Magna igt mīa dn̄i oī expectatōe plena. Nō. n. āgelū peccātē expectauit: sʒ p̄cipitauit d celo. hoīeꝫ vō peccātē nō deserit. Nūc āt expectat: sustinet ānis plurimis: ⁊ vsqꝫ ad senectā ⁊ seniū ꝯs. Nolo. n. inqt deꝰ mortē petōris. sʒ magis vt cōuertaꝫ ⁊ viuat. O iudei vbi tāta mīa dei vobis ostēsa: Quadragita. n. ānis post xp̄i passionem expectati estis: ⁊ noluistis. Audi Iesū de te Hierl'm cōquerētē. Hierl'm hierl'm q̄ occidis ꝓphās ⁊ lapidas eos q ad te missi sūt: quotiens volui te ꝯgregare quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alis: ⁊ noluisti. Et tu ciuitas potētissima. N. qđ faciꝰ: an ignoras ꝙ patiētia dei ad pniam te adducꝫ. vt ap'lus ait ad Ro. 2. Sʒ ve. ve. ve. tibi si idurauerꝭ. s. petrā. Tu inqt Paulus thesaurizas tibi irā in die ire sm̄ duritiā tuā ⁊ īpenitēs cor tuū. Et valeriꝰ. Lēto. n. gradu ad vīdictā sui diua ꝓcedit ira tarditatemqꝫ supplicij grauitate cōpensat. An diuitias bonitatꝭ eiꝰ cōtēnis ait ap'ls: Audi ꝓphām. Cū accepo tp̄s ego iusticias iudicabo ⁊c. Hec āt grādis patiētia di ondiꝫ in pedū xp̄i crucifixiōe. ¶ 2m signū dr̄ grōse āplexatōis: qđ ondiꝫ ꝑ hoc ꝙ xp̄s manꝰ in cruce expādit: q̄si tali signo dr̄e videaꝫ illud Mat. ii. c. Uenite filioli mei: venite ad me: ⁊ ego reficiam vos. Audi grōsā acceptionē saluatoris. Hier. 3. Tu fornicata es cū amatorībꝰ multis: tn̄ reuertē: reuertē: ⁊ ego inspiciā te. Et bn̄ dīc fornicata q̄si cū deo sit ⁊ xp̄o Iesu despōsata ī fide. aliū p̄ter deū amās fornicaria effecta ē. O pp'le stulte. N. ꝯuerte: ꝯuerte: ꝯuerte. retrōsū abi. Sʒ timeo: qđ oꝛādū ē ne fiat: nē illud dcm̄ Prouer. i. c. de te itelligaꝫ. Uocaui ⁊ renuistis. expādi manꝰ meas: ⁊ nō fuit q aspiceret. despexistis oē cōsiliū meū: ⁊ icrepatōes meas neglexistꝭ. Ego quoqꝫ ī interitu vr̄o ridebo ⁊ subsannabo vos: cū vobis qđ timebatꝭ aduenerit. cū irruerit repentina calamitas: ⁊ interitꝰ q̄si tempestas ingruerit. Qn̄ veniet sup vos tribulatio ⁊ āgustia: tūc inuocabūt me ⁊ nō exaudiā. mane cōsurgēt. ⁊ nō inuenīēt me ⁊c. ¶ 3m signū dr̄ amorose pacificatōis. Et hꝰ ī hꝰ mirabili actu ondis. cū xp̄s in cruce pēdēs: caput īclinatū a dextris hʒ. ⁊ oculis respic̄ a pte sinistra: vbi cōīt ē petōꝝ locus. q̄si ꝑ hoc signū dīe velit. Uenite o petōres venite ad paradisū. ecce pedibꝰ affixis cruci mā ibus expāsis expecto: ⁊ caput inclino vt faciā pacē. Iā aīa philocapta clamat. Osculetur me osculo oris sui. qꝛ meliora sūt vbera eiꝰ vino frāgrātia vnguētis optimis: dic vt tibi grā spirat. ¶ 4m signū dr̄ ignite dilectōis: qđ ī latē xp̄i apto ondiꝫ: vt q̄si ꝑ hꝰ ondat ꝙ nulli mīe ianua clauditur. Io. 7. Iā die festo mediāte stabat Iesus ⁊ clamabat voce magna. Si qs sitit: veniat ad me ⁊ bibat. Sʒ audi Hiere. 2. dereliqrunt fontē aq̄ viue ⁊ foderūt sibi cisternas dissipatas. i. ꝯcupiscētias ⁊ inīqtates suas aīas dissipātes. q̄ aquā diuine grē cōtinē nō valēt. De oībꝰ his q̄tuor signis Aug. audi. Inspice vulnera pēdētꝭ: sāguinē morietis: p̄ciū redimentis: cicatrices resurgētis. Caput hʒ inclinatū ad osculādū: manꝰ extēsas ad āplexādū: pedes affixos ad expectādū: latꝰ aptū ad diligēdū: totū corpꝰ expositū ad redimēdū. Hec q̄ta sint cogitate hec in statera cordis vr̄i appēdite. vt totꝰ ꝓ vobis figaꝫ in corde: q totꝰ ꝓ vobis fixus ē in cruce. Iā ⁊ g'liosus Ambro. in li. de fuga seculi. Xp̄s inqt meliꝰ locutꝰ ē in sāguine suo q̄ꝫ Abel. Ille. n. vīdictā clamauit: iste īdulgentiā. ille petm̄ fr̄is accusat: hic petm̄ mundi remisit: ille ꝓdit crimē: hic ideꝫ texit. hic ille. Audi ⁊ deuotū Ber. Dulcedo inqt tua xp̄e lapides Stephano: Laurētio craticulā: ꝓpe pellis subtractionē Bartholomeo dulcorauit. Et idē. Sup oīa te mihi amabilē reddit o bone Iesu calix passiōis tue opꝰ redēptōis nr̄e. hec ille. Et sic pʒ p̄ma veritas. ¶ Quātū ad 2am ve. dico ꝙ q̄tuor sūt p̄cipue diuine mie occulti effectꝰ. ¶ pꝰ qn̄ ondit misereri: nec tn̄ misereꝫ. ¶ 2ꝰ qn̄ ondit misereri ⁊ misereꝫ. ¶ 3ꝰ qn̄ nō ondit misereri ⁊ misereꝫ. ¶ 4ꝰ qn̄ nec ondit misereri nec misereꝫ. ¶ Accipe p̄mum. vt qn̄ deus ondit misereri nec tn̄ misereꝫ. Et hūc effectū ī obstinatꝭ in petīs ondit: illis bona mūdi multiplicans de qbꝰ satis diximꝰ in p̄ma ꝯcl'one p̄me ptꝭ hꝰ sermonis. ⁊ feria. 5. 2e dn̄ice. 3. vide ibi. ¶ 2ꝰ effectus ē qn̄ ondit misereri ⁊ misereꝫ. Et hūc effectū opaꝫ bonos ēt ī tpalibꝰ ⁊ trāsitorijs bonis ꝓsperādo: sic legimꝰ de scō Iob. q cū ī suis tribulatōibꝰ a deo iudicareꝫ derelictꝰ: ⁊ ab amicꝭ ⁊ cōiuge subsannareꝫ. tādē a deo liberatꝰ: bona oīa illiꝰ in duplo auxit ⁊ cōseruauit. ⁊ sic ī opulētia fideliꝫ viuēs: suos dies ī pace finiuit. Iob ꝑ totū. Silr ⁊ ioseph a fr̄ibꝰ suis Ismahelitꝭ vēditꝰ: a dn̄o libatꝰ felicissimꝰ fuit. gen. 37. ⁊ 45. Silr ⁊ Dauid plīmas post Saul īsidias a dn̄o libatꝰ: feliciꝫ regnū isrl' recupauit. ⁊ sic ꝺ alijs. ¶ 3ꝰ effectꝰ ē qn̄ nō ondit misereri ⁊ misereꝫ. ⁊ hūc effectū opaꝫ tribulādo bonos. Un̄ Greg. Mala q nos hic p̄mūt: citꝰ ad deū ire cōpellūt. Sʒ de hꝰ diximꝰ feria. 5. 2e dn̄ice. 3. ¶ 4ꝰ effectꝰ ē qn̄ nec ondit misereri: nec misereꝫ. ⁊ hūc effectū opaꝫ malos ī hac vita flagellādo. Exēplū de Pharaōe: de quo ponitꝫ pulcherrimꝰ tex. ī decretꝭ. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. vbi sic dr̄. Nabuchodonosor pniam meruit fructuosā. Nā pꝰ inumeras iniq̄tates flagellatꝰ penituit. regnum qđ amiserat: rursus accepit. Pharao āt isdē flagellꝭ cesus: durior effectꝰ pijt ⁊c. q̄re supius feria 2a 2e dn̄ice ī p̄m̄ ꝯcl'one 2e ptis. Et hec sufficiāt ꝓ 2a ve. ¶ Quātū ad 3ā ve. dico ꝙ idubitanꝫ nullū ē tā grāde scelus qđ ꝑ diuinam mīam idulgeri nō possit. quod ꝓbaꝫ auctē: rōne: ⁊

exemplo. ¶ Audi te qdē. Interrogāti n. Petro dnm quotiēs peccabit i me frāter meꝰ dimittā ei. vsq; septies: ridit ipe dns. Nō dico tibi vsq; septies: sz vsq; septuagesies septies. vbi numerꝰ finitus ꝑ ifinito describit: vt cōiter doctores exponūt. Itez audi. z. Criso. de repatōe lapsi sic dicētē. Nunq; inqt spnit deꝰ pniaz: si ei sincere ꝛ simplr offerat. ēt si ad sumū qs pueiat malox: ꝛ inde tn velit reuerti: suscipit eū ꝛ benif: ꝛ āplectit deꝰ. Itē. z. audi Aug. li. de ecclasticis dogmatibꝰ. Pnia inqt aboleri petā idubitāter. credimus ēt i vltimo vite spū si admissox peniteat. Alie sūt ad hoc auctes: sz iste sufficiāt ad pns. ¶ zª hec vi. pbat rōne. sic. Propriū nunq; derelinqt id cuiꝰ ē propriū. sz misereri ꝛ pcere ē ꝓpriū dei: vt ſ. ostēdimꝰ. ergo nūq; poterit a deo separi. ꝛ p ɔns sp miseret. ꝛ nullū ē adeo grāde petm̄ qd mīa sua non super. Maior. n. ē mīa sua q; miseria nr̄a. Inde ps. ait. Qui redimit de iteritu vitam tuā: q redimit oēs inqtates tuas: q propitiat oibꝰ inqtatibꝰ tuis: q sanat oēs ifirmitates tuas ꝛc. ¶ 3ª hec vitas pz exēplo. Multū. n. tā i veteri q; in nouo testō repies humilr ꝛ vere mīaz postulasse ꝛ nō ipetrasse. Singula pcurre: ꝛ cernes hāc vitatē: vide i ii. Reg. de Dauid de Achab. de Ezechia ꝛ alijs mltꝭ. ¶ Sz iges pr Ambro. hic nō modicū dubitamꝰ. Plures. n. legimꝰ mīaz postulasse: ꝛ mīme illā ɔsecutos eē. sicut pz de Anthiocho. z. Macha. 9. c. vbi dr̄. Orabat scelestꝰ dnm: a qº nō erat mīaz cōsecuturꝰ. Et dere. prob Sap. 5. dr̄. Dicentes itra se pniaz agētes: ꝛ p āgustia spūs gemētes. hi sūt quos aliqn̄ hūimꝰ i derisu: ꝛ i silitudinē iproperij ꝛc. Et Isidorꝰ de ordie creaturax ait q āgeli mali nō penituerūt: ꝛ si penituissēt veniā minime inenissēt. Et Mat. 12. dr̄. Qd ē aliqd petm̄ qd nō remittit: nec i hº sclo: nec in futuro. Et ne exēpla de lōge petamꝰ: de Juda exm̄ clax hēmꝰ q reportatꝭ trigita argēteis: dicēs. Peccaui tradēs sāguinē instū: minime i sua pnia mīam adiuenit. Hilarescas aīa mea nec dubites de his adductis exēplis. qm̄ regula dei gn̄alis ē. Quacūq; hora igemuerit petōr: nō recōdabor iniqtatū illiꝰ. Et scūs Tho. i. 3. pte. q. 86. ar. i. dic q nō est tā graue aut enorme petm̄ i hac vita: qd ꝑ pniaz deleri nō possit. ꝛ oppositū tenere hērenū ē. Ad quox itelligētiā nō pº q ad hoc vt mīaz qs ɔsequr de petis reqrit pº ꝓpositū fidei: vt. s. credat deum sibi ꝓpitiū fieri. qz sine fide ipoſſe ē placere deo. ¶ zº reqrit propositū spei: vt. s. speret q tāta ē mīa dei: vt nullo petō excedi possit. Aug. Qui gaudet i spe: tenebit ꝛ rē: q aūt spē nō hz: ad rē nō poterit puenire. ¶ 3º reqrit propositū caritatꝭ vt. s. amore dei ꝛ caritate: ꝛ nō penax timore peniteat. qm̄ pfcā caritas foras mittit timorem. ¶ 4º reqrit i postex propositū cauēdi: ɔfitēdi: ꝛ satisfaciēdi. ¶ 5º reqrit vt data opportunitate tpis: qd ꝓposuit ope adipleat. Ex qbꝰ oibꝰ aīa hāc conclusionē collige: qd si oiu; nr̄z mēbra vtereut in linguas. ꝛ silr arena maris: ꝛ stelle celi: ꝛ arbox frōdes ꝛ oīa creata i te aīa peccatrice petā oīa eē dicerent. ꝛ ita eēt de fcō. ꝛ tūc si spōte illis ɔditōibus seruatꝭ: ad hndēz Jesū currēs eiꝰ mīaz postulaueris: nō dubites filia: qn te certe āplexabit: ꝛ brachijs suis stringet: ꝛ oīa illa petā tua dimittet. O magne deꝰ o exuiscerate amor. o miser petōr: cur nō tollis lectum tuū. i. sarcinā petōx tuox: ꝛ nō properas: leua i directū oclōs tuos: ꝛ vide vbi nūc ꝓstrata sis. Et ꝑ solutōe eox q i oppositū adducta sūt ē sciēdū q a deo mīam petere ꝛ pniam facere pōt duplr itelligi. aut .n. petō: mīaz clamat pp aliculꝰ pene ifiicte vel ifligēde lesionē. aut pp diuine maiestatꝭ offēse ɔsideratione. Primo mō plēs i sacris codicibꝰ leginꝰ mīaz postulasse: nec tn̄ illā assecutos eē. sic de Anthiocho ꝛ alijs quos. ſ. adduximꝰ. Dolēt. n. dānati de eox petis. dolent ꝛ demones ꝛ similes: sz non ꝓpter dei offensā: sz ꝓpter eox penas. Quare satis liquet quō veritas nostra intelligatur.

¶ De laude diuine mīe. Conclusio. III.

Cape tnā ɔclōnē. vz. Si ea q̄ de diuina mīa scripta sūt reuoluamꝰ: dignā oī laude cāpsā diuinā grāz repiemꝰ. Ubi tres ingramꝰ vitates. vz. ¶ pª vi. ē. Quotuplex ē mīa dei. ¶ zª vi. ē ista. Quotuplex ē laus mīe dei. ¶ 3ª vi. ē. An pietas differat a mīa dei. ¶ Quātū ad pmā vi. dico q dei mīa octo respcūs hz. ¶ pº respcūs dr̄ inocēs. Luc. 6. Dimittite ꝛ dimittet vobis. Mat. 6. Dimitte nobis debita nr̄a sic ꝛ nos dimittimus debitoribꝰ nr̄is. De quo vbo vide ſ. feria. 5. cinex. ¶ zº respcūs dr̄ penā relaxās. Luce. 7. Mulier remittunt tibi petā tua. ¶ 3º respectus dr̄ compiēs. Sap. 12. Cū de nobis iudicat speramꝰ mīaz tuam. ¶ 4º respcūs dr̄ intcedēs Ad hebre. 7. Interpellat ꝑ nobis apud prēz ꝛc. Ob quā cāz etiā i cruce ꝑ inimicis orauit. ¶ 5º respcūs dr̄ subueniēs. Eccl. 35. Speciosa mīa dei i tpe tribulatōis. Et ps. Trāsiuimꝰ p ignē ꝛ aquā: ꝛ iduxisti nos in refugiū. ¶ 6º respcūs dr̄ reuocās. Prouer. 1. Uocaui ꝛ renuistis ꝛc. ¶ 7º dr̄ expectās. Isa. 30. Expectat dns vt misereat nr̄i. ¶ 8º dr̄ dissimulans ꝛ benigne acceptās Hiere. 3. Tu fornicata es cū amatoribꝰ multis: reuertere ad me ꝛ ego suscipiā te. Multa ad hoc dicēda eēnt: sz ista suffciāt ad pns. ¶ Quātū ad scdam vi. dico q multiplex posset describi diuine mīe laus. Sed ad pns tres declaremus. ¶ pª laus dr̄ recreatōis. vbi hāc regulā accipe q sicut ds ex sua ifinita bonitate mūdū creauit: sic ex sua ifinita mīa recreauit. Pars pma pz ex diffinitōe boni. qm̄ bonū sui ꝑ sius ē cōicatiuū. vt dic Augu. i ii. de nā boni. Et Boe. 3. de ɔso. i metro. O q ꝑpetua. vbi sic ait. Quē nō extne pepulerūt fingere cause Materie fluctuātꝭ opus: vex isita sūmi Forma boni liuore carēs tu cūcta superno Ducꝭ ab exēplo pulchrū pulcherrimus ipse Mūdū mēte gerēs: silīq; imagine formās. Perfectasq; iubes: pfcm̄ absoluē ptes. Tu numerꝭ elemēta ligas: vt frigora flāmis Arida ɔueniāt liqdis: ne purior ignis Euolet: ꝛ mersas deducāt pondera terras ꝛc. ¶ zª ps pbat ꝑ aplz ad Thi. z. sm suā mīaz saluos nos fec. Et Hiere. 31. In caritate inqt ꝑpetua dilexi te. iō attraxi te miserās tui. Et tāta charitate qdē attraxit vt nō solū de celo i trā descēderit sz nr̄as miserias sumēs: vēdi voluit ꝛ flagellari atq; mori. Zach. 11. Apphēderūt mercedē meā trigita argēteos ꝛc. Sz de hoc pluries diximꝰ. ¶ zª laus dr̄

opponis. Nā cū ctn⁹ pt humanā nāȝ ferire iusticia vellet: fili⁹ eius q̄si quādā p̄tis brachiū se opposuit: ⁊ gnāȝ i ptib⁹ corporis ob ei⁹ amorē extitit vulnerat⁹. Isa. 52. Parauit dn̄s brachiū suū i oculis oīum gētiū ⁊c. ¶ 3ª laus dr̄ retributōis. Facit. n. mīa oībus misericordibus deū debitorē. Prouer. 12. Feneratr̄ dn̄o q miseret̄ paupis. Et hec sufficiant p̄ scda vi.

¶ Quātū ad tertiā vi. dico q mīa ⁊ pietas sūt eadem vtus s; i hoc differūt; q: mīa ē i affcū ⁊ pietas ī effectu. Vn̄ phūs sic miam i se diffinit. Mīa est vtus p quā mouet̄ anims sup calamitate afflictoꝝ. Pietas aūt ē triplex. Prima ē theosebia. Et est theosebia cult⁹ dei: s; Aug. Scda pietas dr̄ opus ꝯpassionis quo miseriā p̄rimi subleuam⁹. Ad Thi. 4. Exerce teip̄z ad pietatē. Tertia pietas ē veneratio siue obsequiū siue bn̄ficiū parentib⁹ debitū. Et hāc sic describit phūs. Pietas ē p quā sāguine iūctꝭ ⁊ p̄rie beniuolis offiñ diligēs tribuit cult⁹. S; de hoc alias. Et hec sufficiāt p̄ scda pte hui⁹ s̄monis.

¶ De amorosa societate iusticie ⁊ mīe. Cōside. III

Tertio loco

diuine mīe ⁊ iusticie amorosam associationē videam⁹. Ubi tres ꝯclōnes more solito subiūgam⁹. vz. ¶ pª ꝯclō est ista. Tāta est ꝯfinitas diuine mīe ⁊ iusticie: vt se i oīb⁹ dei operib⁹ semp associēt. ¶ 2ª ꝯclō est ista. Nō solū i hoc mūdo vbi pctōres i miseria viuūt. s; ⁊ i celis vbi nulla miseria est: suā mīaȝ ds expādit: ita vt oēs ex ea p̄ticipēt. ¶ 3ª ꝯclō est. Etsi i miseria maxima ⁊ irrecuperabili oēs dānati ⁊ sp̄us reprobi viuāt tñ ⁊ ipsi de diuina mia p̄ticipāt.

¶ Q: in oībus operibus dei misericordia ⁊ iusticia se semper associāt. Conclusio. I.

Recipe p̄mā ꝯclōnē. vz. vt s̄. Ubi tres ingram⁹ vi. vz. ¶ Prima vi. ē ista. Utrū i oī ope dei associata sint diuina iusticia ⁊ mīa

¶ Scda vi. ē. quō dei iusticia ⁊ mīa associate sint.

¶ Tertia vi. ē. qd̄ istoꝝ i opib⁹ dei p̄ncipalius est.

¶ Quātum ad p̄mā vi. dico tres regulas gn̄ales.

¶ Prima regula ē ista. In oīb⁹ opib⁹ q̄ spectāt ad regimē mūdi. sūme mīa ⁊ vitas debēt reperiri. Audi Prouer. 20. Mīa ⁊ vitas custodiunt regē. vitas .i. iusticia: vt cōit exponit̄. Et de hoc p̄pulchre tāgit Grān⁹. 45. di. c. disciplina. ⁊ q̄si p totā distictionē. Audi. c. disciplina. Disciplina inqt vel mīa destruit̄: si vna sine altera teneat̄. s; circa subditos icē dȝ rectorib⁹ ⁊ iuste ꝯsulens mīa: ⁊ pie seuiēs disciplina ⁊c. Et multa exēpla ibidē ponunt̄: vt de hoie q īcidit i latrones exponēdo p oleū mīaȝ: ⁊ p vinū iusticiā. Itē ponit̄ exēplū de David. Ubi sic dic̄ tex. hinc etiā David ait. Virga tua ⁊ bacculus tu⁹ ipsa me ꝯsolata sūt. Virga .n. p̄cutimur: bacculo sustētamur. Sit g° districtio iusticie q̄ feriat sit ⁊ ꝯsolatio bacculi q̄ sustētet: sit itaqȝ amor: s; nō emolliēs. sit vigor: s; nō exasperans. sit zelus: s; non īmoderate seuiens. sit pietas: s; nō plusq̄ȝ expediat pcēs ⁊c. Et plura alia ibidē vlr̄e ponunt̄ Audi ⁊ aliū tex. pulcherrimū ibidē. Oīs q iuste iudicat staterā. i. examē i manu gestat. ⁊ i vtroqȝ pēso iusticiā ⁊ mīaȝ portat. i. portare dȝ. s; p iusticiā reddit pctis sniaȝ .s. dānatōis: ⁊ p mīaȝ pcti tēpat penā: vt iusto libramie q̄dā p equitē cōngat: q̄dā vo p mīsatōȝ idl'geat ⁊c. hec ibi. ¶ 2ª regla ē ista q quecūq; vtutes i nob sūt: i dō hūt exēplar. Pȝ. qm̄ cū vtutes sint q̄dā bōa: ⁊ oīa bōa sūt i deo. ergo oēs virtutes erunt in deo. ¶ 3ª regula ē ista. Necesse est vt in oīb⁹ dei opibus sint associate iste due domicelle. s. mīa: ⁊ iusticia. Et rō: vt etiā ponit btūs Tho. i. 4. di. 46. ē ista. Qm̄ nō magꝭ differt in deo iusticia ⁊ mīa q̄ȝ potētia: bonitas: ⁊ sapia: s; oē op⁹ sapie ē op⁹ bonitatꝭ. ergo vr̄ q op⁹ mie sit op⁹ iusticie: ⁊ e ꝯ. Hic tñ s̄m scotistas eēt aliq̄ difficultas: s; omittamus ad p̄ns. Itē cū mīa ⁊ iusticia maxime sint necīe i opib⁹ regiminis mūdi: ⁊ sint due q̄ vtutes ⁊ oēs vtutes bone sunt: ⁊ oē bonū sit i deo: necē ē illas eē i deo. Iū audi Aug. d̄ ꝯcordātia euāgelistaꝝ De⁹ igt q res humanas curat: iuste ⁊ misericordit̄ curat. vt nec p̄cludat mīa iusticiā nec iusticia mīam excludat. Quare satꝭ pȝ p̄ma vi. ¶ Quātū ad scdaȝ vi. quō. s. iusticia ⁊ mīa in oīb⁹ dei opibus repiātur duos tm̄ modos exponendi ad p̄ns ponā. vnū dn̄i Bonauē. i. 4. di. 46. ar. 2. q. 2. Aliū bt̄i Tho. eadē di. in. 4. suo. Modus Bona. talis est. dic̄. n. sic. Tā mīa q̄ȝ iusticia diuina tripl'r ꝯsiderari p̄t. s. cōit: p̄prie: ⁊ magꝭ p̄prie. Et p̄mo de iusticia dicam⁹. Iusticia. n. cōit̄ accepta est q̄dā diuine bonitatꝭ ꝯdecētia. Prope est in retributōe p̄mioꝝ q̄dā liberalitas. Magis āt p̄prie est in punitōe maloꝝ q̄dā seueritas. Silr̄ de mīa dicam⁹. Nā mīa cōit̄ dcā: est diuine bonitatꝭ q̄dā affluētia. Prope est i supererogatōe p̄mioꝝ q̄dā benignitas. Magis p̄prie ē i subleuatione miseriaꝝ ⁊ maloꝝ q̄dā pietas. Accipe ista s̄m eoꝝ modos ꝯparādo. Unde accipe p̄mū modū iusticie: ⁊ p̄mū modū mīe. s. p̄mo diuine bonitatꝭ ꝯdecētiā: q ē p̄m⁹ modus iusticie. ⁊ dīne bonitatꝭ affluētiā. q ē p̄m⁹ modus mīe: ⁊ tūc dicit q s̄m istos modos i oī opere dei sūt iusticia ⁊ mīa: qm̄ nihil ds ex affluētia sua bonitate facit: qd̄ ēt nō sit s; ꝯdecētiā sue bonitatꝭ. ⁊ p ꝯñs qd̄cūqȝ illud esset: nisi suā deceret bonitatē nunq̄ȝ faceret. Vn̄ lȝ ex affluenti bonitate posset ds ipsum ⁊ nephādissimum hoieȝ iustificare ⁊ glificare: tñ nunq̄ȝ faciet: qm̄ nō decet suā bonitatē. ¶ Accipe 2m modū. s. bōitatē dei i superogatōe bonoꝝ ⁊ p̄mioꝝ: ⁊ libertatē in retributōe p̄mioꝝ: pȝ q semp ista ꝯcurrūt i oīb⁹ operib⁹ dei. Nā si ds cūpiā bona ⁊ p̄mia nō retribuit nisi merētib⁹: ⁊ s̄ id etiā qd̄ meruit. ad Ro. 8. Nō sunt condigne passiones hui⁹ seculi ad futurā gloriā. Iō si illā tribuit. s̄. meritū tribuit. vt pȝ. ¶ Accipe tertium modū. s. diuinā pietatē in subleuatōe miseriaꝝ ⁊ maloꝝ. ⁊ seueritatē i punitōe maloꝝ. pȝ etiā q diuina mīa ⁊ iusticia se semp simul associāt: qm̄ nūq̄ȝ ds ita seuere punit qn aliqd̄ pene debitū relaxet vel minuat: vt dicet in ꝯclusionibus sequētibus. Ex his dictis dn̄i Bonauē. colligit̄ p̄cisus sensus istius veritatis. vz. q s̄m p̄mū modū iusticia ⁊ misericordia sūt i oī ope dei. s; s̄m modum 2m tm̄ sunt in ope retributōis bonoꝝ ⁊ s̄m tertiū modū sunt tm̄ i retributōe penaꝝ ⁊ supplicioꝝ. al'r tm̄ ⁊ al'r. Inq̄ȝtū enim retribuit homini qd̄ meruit: tunc est iusticia que tribuit vnicuiqȝ qd̄ suū est. inq̄ȝtū vero retribuit supra id qd̄ meruit: m

i retributiõe bonoꝝ: vel īfra id qđ meruit vt in re-
tributiõe suppliciorꝝ: sic ē dīna mīa. Hec de intētio
ne p̄fati doctoris. Sāctꝰ vō Tho. i. 4. vt. s̄. i oī ope
dei diuinā mīaꝫ ⁊ iusticiā cōcurrere sic ostēdit: dicēs
ꝙ opatio dei ē q̄si quoddā mediuꝫ inť deū opantē:
⁊ ipm opatū. Oē āt mediū aliquo mō ꝑticipat ð ex
tremis. ⁊ iō in oī ope dei oꝫ aliq̄d inueniri ex parte
ipius dei operātis: ⁊ aliq̄d ex pte operati: ad qđ ipa
opatio dei .ťminať. Ex pte igiť operātis exigiť vt
sit supabūdātia i collatiõe bñficiorꝝ: ⁊ i diminutio
ne penaꝝ: cū ipe deꝰ sit excellētissimꝰ opator. Et in
hac supabūdātia collatiõis bonoꝝ ⁊ diminutiõe pe
naꝝ cōsistit diuina mīa. Ex pte āt operātis requiriť
receptio: vt. s. recipiat id qđ deꝰ ex tali superabūdā
tia p̄stat. Hec āt receptio fit s̄m ꝑportionē recipiē
tis. i. s̄m ꝙ ē dispositꝰ per meritū ita illā collationē
suscipiat. ⁊ i hoc apparet diuina iusticia. Et ita di
cit ipe apparet ꝙ in oī opere dei aliq̄d mīe ⁊ aliq̄d
iusticie reluceat. Nec mīe iusticia repugnat: nec
ecōtra. q̄m mīa nō ē laudabilis: nisi sit s̄m rōnē re-
ctā: q̄ ē regula iusticie: siue s̄m ordinē sapiētie in di-
uinis. Nec mīa iusticie repugnat. q: elargiri aliq̄d
supra debitū de bonis. vel citra debitū de malꝭ nō
ē ꝯ iusticiā: sꝫ pꝛeť iusticiā. Et iō nec imēsitas mie
excludit iusticiā a diuino opere: nec imēsitas iusti
cie miaꝫ. Iste ē modꝰ p̄fati doctoris. ¶ Sꝫ ꝯ iq̄ꝫ
pꝫ Ambrosi ego volo ostēdere aliqđ eē opꝰ i quo
tm̄ ē vnū p̄dictorꝝ. Et p̄mo hoc pꝫ in opere creatio
nis. Nā iusticia p̄supponit debitū: ⁊ mīa p̄suppōit
miseriā: sed creatio nihil p̄supponit. g° ⁊c̄. ¶ 2° pꝫ i
punitiõe alterꝰ: q̄n vnꝰ ꝑ alterꝰ crimine puniť: pꝫ
ꝙ hic nō ē debitū. q: talis non mereť. ⁊ per ꝯñs ibi
iusticia nō est. Unde poniť pulchra regula in. c. co-
gnoscētes. de ꝯstitutiõibꝰ. q̄ talis est. Rē q̄ culpa ca
ret i dānū vocari nō ꝯuenit. Et glo. super v̄bo cul
pa. diť sic. Qđ ē legitime fcm̄ penā nō mereť. C. ð
adul. l. graccꝰ. cū petā suos debeāt tenere auctores
C. de pe. l. sācissimꝰ. ⁊ eť. de his q̄ fiūt a maiori par
te capli. c. q̄sunt. ⁊ pulchre ibi de hoc. g° q̄n aliq̄s ꝑ
aliꝰ petō puniť: nulla videť ibi eē iusticia. Et h° cō-
firmari pōt exēplo. Nā Dauid peccauit ⁊ ppl's pu
niꝰ ē. 2. R: vl. Et silr ꝑ petō Cam maledictꝰ est
Canaan. Gene. 9. ⁊c̄. Itē petō Israhelitaꝝ archa
dni Philisteis tradita ē. Itē petō Achan plebs in
mānibus Iosue tradita ē. Iosue. 7. Itē petō heli po
pulus in mān philistinoꝝ corruit. i. R: . 4. in pꝛinci
pio ⁊c̄. Hec notāť. i. q. 4. §. itē petō. Itē arguiť sic.
Ubi nullū meritū p. essit ibi nulla iusticia ē: sꝫ i ope
re iustificationis ipij nullū meritū p̄cessit. g° ⁊c̄. Itē
q̄ ē iusticia ista: q̄n Iacob ⁊ Esau anq̄ꝫ nati essent:
aut aliq̄d boni vel mali egissent: vnꝰ ad gliam: aliꝰ
ad penā electꝰ ē? Itē q̄ iusticia ē ista: vt quāto q̄s fu
erit melior: tāto magis bõis tēporalibꝰ careat: ⁊ quā
to peior: tāto gl'iosior? Iob. 21. Quare ergo ipij vi-
uunt ⁊c̄? Quid dicā de pueris decedētibus sine ba
ptismo q̄ acerrime diuine visiõis pena plectūť: vt
sepe dixi ē? Silr ⁊ q̄ iusticia si sine merito baptiza
ti: ⁊ morietes ad celum volāt? Et ꝓpheta decātat.
Nō s̄m petā nr̄a fecit nob' neq̄ꝫ s̄m iniquitates no
stras retribuit nob. g° ibi nō ē iusticia. Et gl. super

illud pꝫ. Ex vsuris ⁊ iniq̄tate ⁊c̄. dicit sic. Plꝰ exi-
git deꝰ i penis q̄ꝫ cōmissū sit i culpis. g° ibi nec iusti
cia nec mīa. Et Isa. 40. c. dicit. Suscipiet de mā
dñi duplicia ꝓ oībꝰ petis suis. Preterea ꝙ in aliq̄-
bꝰ operibus nō sit mīa: sꝫ sola iusticia: pꝫ Apoc. 18.
Quātum glīficauit se: ⁊ i delitijs fuit: tāto illi date
tormētū ⁊ luctū. g° ibi sola iusticia. Plures alias ha
beo rōnes: sꝫ istis rūdeas ad pñs. Reuera ista opti
ma sūt aīa mea: ⁊ nō parua indiget atētiõe. Et iō
aīa pono regulas q̄sdā: qbꝰ inspectis aīo reuolues
tuapte oīuꝫ rūsiões. ¶ Pria regula ē ista ꝙ dīna
iusticia q̄nq̄ꝫ ꝯsistit i retributiõe meritoꝝ: q̄nq̄ꝫ i di
uine bonitatꝭ ꝯdecētia. Ista regula pꝫ ex dictis. s̄. i
mō exponēdi dñi Bona. Ex q̄ sequiť ꝙ i creatiõe
nō relucet iusticia s̄m retributionẽ meritoꝝ: sꝫ s̄m
ꝯdecētiā dīne bonitatꝭ. Nā iustū est vt vnaq̄q̄ꝫ res
sic in creatiõe sua se h̄ret: sicut dīne bonitati ꝯdece
bat: ⁊ i diuina sapiētia p̄ordinatū extabat. Silr di-
cať ꝙ i opere creatiõis fuerit dīna mīa: vt mīa dic̄
dīne bonitatꝭ affluētiā: vt pꝫ intuēti. ¶ 2ª regula ē
ista. ꝙ lꝫ q̄s puniať sine culpa nō tm̄ sine cā. Et h°
expsse ponit glo. supdicta in solutiõe q̄stiõis: addu-
cēs. c. renouātes. 22. di. ⁊ eť. de p̄uilegijs. c. antiq̄.
Ista regula istꝰ g'o. duo p̄ncipaliť dicit. Primū est
ꝙ sine culpa vel sine cā nemo puniēdus ē. Cōcor-
dat huic parti alia gl. i. c. āniq̄. eť. de p̄uilegijs. ⁊ di-
ctū. c. renouātes. 22. di. Et ē hodie tex. i. c. sine cul
pa. de regu. iur. li. 6. Un̄ acciptať hec doctrina. Si
cessat cā ⁊ culpa: nulla iuridice dꝫ imponi pena. vt
pꝫ i iuribꝰ allegatis per gl. superiꝰ allegatā super. c.
cognoscētes. Et h° idē nōt Inno. i. c. q̄ i eccliaꝝ. eť.
de ꝯstitutiõibꝰ. Secūdū qđ p̄ncipaliť poniť in hac
regula nr̄a ē ꝙ sine culpa pōt aliq̄s puniri: nō tm̄ si-
ne cā. pꝫ i iuribꝰ ꝑ dictā glo. allegatis. Et cōcordat
Bar. i. l. fi. C. si ꝯ ius vel vtilitatem publi'ā. ⁊ i. l. si
s̄m legē. C. de iure reipublice li. 11. ⁊ i. l. oēs ppl'i. ff.
de iusticia ⁊ iure. Et Inno. ⁊ Io. an. i. c. in nr̄a. de
iniurijs ⁊ dāno dato. Et āgelus i. l. bene a zenone.
C. de q̄driēni p̄scriptiõe. ⁊ glo. ꝑ Bal. in ꝓemio di
gestoꝝ i p̄ncipio. Has ꝯcordātias posui. vt cernas
aīa mea q̄ꝫ recta sit iusticia dei: vt. s. neminē sine cā
puniat. Ex qbꝰ pꝫ rūsio ad mlťa exēpla superiꝰ ad-
ducta si bene cernis. ¶ 3ª regula ē ista ꝙ lꝫ i iustifi-
catiõe ipij nullū meritū p̄cedat: tm̄ ꝯcurrit dīna iu-
sticia: vt iusticia accipiť ꝓ ꝯdecētia diuine bonitatis
⁊ ēt s̄m exhibitiõeꝫ ꝓmissi: vt diť glo. sup illud p̄s.
Ut iustificeris i sermõibꝰ tuis. Iustū q̄ppe ē postq̄ꝫ
deꝰ ꝓmisit peccātibꝰ q̄cūq̄ꝫ hora veniā petētibꝰ: se
veniā largituꝝ: vt illud seruet. Et sic pꝫ rūsio ad id
qđ dicebať de iustificatiõe petōꝛis. ¶ 4ª regula est
ista ꝙ pena ē mēsura culpe. Hec regula pꝫ in. c. sa
ne. ⁊. 2. de offi. delegati. ⁊ i. c. sic dignū. eť. ð homi
cidio. Nō pono tex. ad lr̄am ꝑp breuitatē: tm̄ ita so-
nāť. vt dixi. Ex qua regula seq̄ť istud corollariū ꝙ
postq̄ꝫ pena ē mēsura culpe: seq̄ť ꝙ si q̄s dꝫ puniri:
ꝑ mō culpe puniať. vt ꝑ culpa leuissima leuissime
puniať. vt. l. sciaꝫ. §. q cū. ff. ad. l. aq̄l. Et ꝑ leui cul
pa leuiť puniať. vt. l. quo calo: c. ff. de re iudicata. ⁊
l. q edes. ff. de icēdio ⁊ naufragio. ⁊. i. c. cū dilectꝰ.
de accusatiõibꝰ. Et vbi exigiť lata culpa nō puniť

ex leui vel leuissima. vt notat i.l. siquis nō dicā ra-
pere. C. de epi. ꝛ cle. p Cy. ꝛ Bal. Et i.l.j.C. de sic
ca. Et p Bar. l.j.ff. de legib⁹. ꝛ plenı⁹ i repetitōe le-
gis. ꝙ nerua. ff. depositi. ꝛ in .l.j.ff. siqs testō iussus
fue. Quare regłarit tenēdū ē ꝙ lz ꝯtitatē culpe dz
eē ꝛ plagarū mod⁹. Et h° ē qd dr Apoc.18. Quātū
glificauit se ꝛ i delitijs fuit tm̄ date illi tormētū ꝛ lu-
ctū. Qd be. Tho. i.4.di.46. sic expōit: dicēs ꝙ ista
duo.s. tm̄ ꝛ quātū nō dicūt neqꝫ iportāt ibi eq̄litatē
quātitatꝭ sed ꝓportiōis. Et dic ꝙ pene ꝓportio ad
culpā pōt dupl'r attēdi. aut i gñali. s. aut i spāli. In
gñali sic itelligit. vt q peccauit puniat. ꝛ q multum
peccauit mltū puniat. In spāli: ꝛ h° dupl'r. aut acci-
piēdo ꝓportiōz pene ad culpā fm debitū culpe ab-
solute: aut ꝑsupposita mitigatiōe diuine mie: q aliqd
sp de pena dimittit. Mō ad ꝓpositū dic ipe doctor
ꝙ p° ꝛ 2° mō nūqꝫ de⁹ punit citra ꝯdignū. qꝛ sp mul-
tū peccātes mltū punit. nec aliqd de pene taxatiōe
q p⁹ diuine mie mitigatiōz remāet: relaxat siue dimit-
tit. ¶ Quātū ad 3ᵐ modū sp pūit qs citra ꝯdignū
qꝛ.s. nō tm̄ pūit qs quātū per culpā meruit. Ista rñ-
sio ꝛ modificatio videt bōa: tñ ipe pōit ulū modū.
ꝛ dic ꝙ ista eq̄litas ꝓportionabilitatꝭ nō ē quātitatꝭ
ꝛ nō ē attēdēda fm ꝓportiōz pene ad culpā: sed fm
ꝓportionē duoꝝ peccātū ad duas penas: vt.s. qui
plus peccauit plus pūiat. ꝛ lz qd exordit i petō. sic
excedat i pēa. Et sic itelligēde sūt oēs auctēs q vi-
dēt eq̄litatē culpe ꝛ pene demōstrare. Nec sꝫ vbū
ei⁹. ꝛ dic hūc dicēdi modū eē viorē. Mihi mltū plz
in ꝑtica ali⁹ mod⁹. Ex his apparet rñsio ad auctē
Apoc. superi⁹ allegatā. Ad auctes vō q dicūt dupli-
care penā. dic be. Tho. ibidē ꝙ illa duplicatio nō i-
telligit fm excessū pene ad culpā i duplo: sz ꝙ hō i
duob⁹ puniet. s. i aīa ꝛ i corpore. Et illud gl. pl⁹ eri-
git i penis qꝫ cōmissū sit i culpis: dic ipe ꝙ itelligit
quātū ad tpis durationē. qm̄ ꝑ delectatiōe momē-
tanea pēa isliget etna. Que āt iusticia sit hec. vt p
petō momētaneo pēa det etna pluries ondim⁹. Et
sic ex his pꝫ rñsio ad auctes in oppositū adductas.
Et ꝯsil'r alie siq adducerēt: exponant. Ad illud de
pueris sine baptismo decedētib⁹ pꝫ ꝙ nō sit sine cā.
Uel dic fm be. Tho. ꝙ ēt illis fit mīa cū nō solum
petō origiali debeat pēa carētie visiōis dei: sed ēt
n āe ꝓpe āmbilatiō. sanis g° eis ē ꝙ ꝯseruāt in esse.
Quid āt meli⁹ sit: an nō eē: an eē ꝛ eē i penis. dicet
conclōne tertia sequeti. Quare aīa cara claret ꝙ
mīa ꝛ iusticia i oib⁹ dei operib⁹ inueniūt. qre ꝛc.

¶ Qꝫ ꝛ in celo etiā mīa expādit. Conclusio.II.

Ecipe secūdā ꝯclōnē. vz. Nō solum i h°
mūdo vbi petōres i miseria viuūt: sz ēt in
cel' vbi nulla miſia ē: suā miam de⁹ expā-
dit: ita vt oēs ex ea pticipēt. vbi tres ing-
ram⁹ vī. vz. ¶ p° vī. ē ista. an de⁹ iuste posset dāna-
re Petrū. ¶ 2° ē. vñ sumit sūma iusticia dei: silr ꝛ
sūma mīa ei⁹. ¶ 3° ē. qlit i celo sit mīa dei cū ibi nul-
la sit miſia. ¶ Quātū ad ꝑmā vī. distiguēdū ē de du-
plici potētia dei vt cōit doctores distiguē solēt. vz.
q. duplex ē potētia dei. s. absoluta ꝛ rspectiua. Po-
tētia dei absoluta respicit res absolute. vt.s. hñt eē
a deo tm̄. Potentia respectiua res creatas respi-
cit fm ordinē quē vnicuiqꝫ rei fm eaꝝ ꝯdecētiā īdi-
dit. Ex h° seqt ꝙ lz deus possit de potētia absolu-
ta dānare Petrū: nō tñ de potētia ordiata. Sic.n.
ordiauit vt q beati sūt ꝑpetuo saluarēt. Et lz ēt de
potētia absoluta h° face posset: tñ de eadē potentia
nūqꝫ id faciet. qꝛ decēt suā bōitatē bōis mala etna
lit dare. Et lz i vita ꝑsenti hoc faciat: hoc tñ fit ad
vtilitatē ipoꝝ: testāte Greg. Mala q nos hic pre-
mūt cū⁹ ad deū ire cōpellunt. qre ꝛc. ¶ Quātū ad
ꝑam vī. dico ꝙ iō de⁹ dr sūme iust⁹: qꝛ nullū malum
relingt ipunitū. Mat.12. Amen dico vob ꝙ de oī
vbo qd locuti fuerit hoies sup trā: i die iudicij red-
dēt rōnē: ꝛ si d vbo: qd g° de fcō. Silr dr sūme mise-
ricors: qꝛ nullū bonū relingt irremūeratū: vt Aug.
ait. Et Cassiodor⁹ i epl'is suis. Irremuneratū non
relingt qd teste ꝯsciā laudat. Et idē. Equū ꝓpe ē
vt vnicuiqꝫ ꝑficiat labor su⁹: ꝛ sic expēdēdo cogno-
scit icomoda: ita cū reb⁹ ꝑfectꝭ ꝯsequat augmenta.
¶ Ad hoꝝ declaratiōz ē nōndū ꝛ bñ ꝙ qdā virtu-
tes sūt qꝝ ꝑfectio ꝑ accessū ad sūmū attēdit: cuiusmo-
di ē charitas: ꝛ qdā sūt qꝝ ꝑfectio attēdit ꝑ accessū
ad mediū: vt iusticia ꝛ mīa. Unde nō sūme iust⁹ dicet
ꝑ excessū seueritatꝭ ꝛ recessū a mīa: sz ꝑ recessū ab i-
iusticia. Silr nō dicet sūme misericors ꝑ recessum
ab oī iflictiōe pene: sz qꝛ tm̄ miseret qꝫtū vnicuiqꝫ
ꝯuemēs ē: silr ꝛ tm̄ pūit. Ex h° sequit quō in iustifi-
catiōe petōris mīa ꝛ iusticia se habeāt. Duo.n. sūt
i petōre.s. offēsa ipa: ꝛ reat⁹ ad penā etnā. Mīa re-
mittit penā etnā: ꝛ iusticia illā cōmutat i penā tpa-
lē: vt sic mīa ꝛ iusticia iuicem i iustificatiōe petōris
ꝯplerēt. Et exᵐ accipe possumus de baptismo. qm̄
baptism⁹ lz liberet a pena etna: nō tñ a pena tpali:
qꝛ mltas pēalitates tā i corpe qꝫ i aīa p⁹ baptismū
patimur: vt pꝫ ituēti. Sic ad ꝓpositū. Hoc ēt ponit
dñs Bona. i.4.di.46. qre ꝛc. ¶ Quātū ad tertiā
vī. dicūt qdā ꝙ i celo nō ē mīa aliqb⁹ rōnib⁹ moti.
Pri° qꝛ mīa miseriā ꝑsuppōit: vt ex ꝑcedētib⁹ pꝫ. In
celo āt nulla miseria ē: qꝛ ibi neqꝫ luctus: neqꝫ cla-
mor ꝛc. ꝛ absterget de⁹ oēz lachrymā ab ocul' scōꝝ:
g° ꝛc. Itē ꝛ gl. sup illō Leuitici.25. Sabbatū rege-
nōis ē. dic sic. In futuro cessabūt mādata euāgeli-
ca: sz int illa potissimū mādatū est de mīa. Mat.5.
Bñ misericordes ꝛc. ꝛ estote misericordes ꝛc. g° ibi
nulla erit mīa. Itē ꝛ Aug. i li. de charitate. Tolle i-
gt miſos ꝛ cessabūt opa mīe. Et plures sūt ad hoc
auctes. qre ꝛc. Sz reuera aīa mea i celo ē maxima
mīa. Sz distigue qm̄ duplex ē mīa. vna relaxās vel
dispensans circa penā vel culpā. alia ꝯseruās. Unde
lz in celo nulla sit mīa relaxās culpā vel dispēsans
penā. qꝛ nullus ibi incircūcisus vel imūdus. Ita ꝯ.
tñ ibi ē sūma mīa cōſuās. qm̄ nisi de⁹ de sua ifinita
clemētia btōs ꝛ āgelos ꝯsuaret i eē: sua nā ad nihi-
lū tēdēt: vt cōit dicūt Aug. ꝛ ceti sci. Unde Damasce-
n⁹. Oē iqt creabile vertibile ē ꝛ sui nā ad nō eē con-
uertibile. qre ꝛc. Et ista sufficiāt ꝓ ꝑsenti cōclōne.

¶ Qꝫ in inferno ē ēt mīa dei. Conclusio.III.

Ecipe tertiā ꝯclōnē. vz. Etsi i miſia ma-
xīa ꝛ irrecupabili oēs dānati ꝛ spūs repro-
bi viuāt: ipi tñ ēt de diuina mīa participāt.
Ubi tres ingramus vītates. vz. ¶ Pri-

prelato.c.int' dilectos.hec glo.q̃re ʒc. Sed ad clario
rem noticiã quero vtrum videre ipsa spectacula sit
pctm̃ mortale. Et hic sunt due opiniones. Prima
dicit q̃ sic. Et probat per textũ.q die.de conse.di.
i.ʒ per.c.q venatoribus.16.di.textus.q die.dicit sic.
Qui die solẽni pretermisso ad spectacula vadit exco-
municet'.sed excommunicat' nullus nisi pro pecca-
to mortali.ergo talia videre est peccatum mortale.
Textus.qui venatoribus.dicit sic. Vidẽt homines
venatores ʒ delectãtur.sed ve miseris si se non cor
rexerint.videbunt enim saluatorem in iudicio ʒ cõ
tristabunt'.hec ibi.ʒ sunt verba.Augu.sup psalte-
rium.sed ve fm Hiero.iportat dãnationem eternã
que dat' pro pctõ mortali tñ.ergo talia videre est
mortale pctm̃. ¶ Alia opinio huic ɔtria est Alber-
ti super.4.sniarum.vbi dicit q̃ spectacula sine in-
uenta sint ad remouendum tediũ: siue ad solatium
prestãdum:q̃uis habeãt vanitatem ãnexã supple
non ihonestã: non sunt mortalia nisi fiãt tempore i-
terdcõ vel loco sacro.hec ille. Idẽ videt' sentire btũs
Tho.scḋa scḋe.q.68. Ego aũt de ɔsilio peritoꝝ vi
roꝝ dico sic.q̃ aut spectacula repñtatiua sũt pearuz

rez. vt adoratio magoꝝ ⁊c̄. ⁊ hec ⁊ eorum inspectio deuota licita sunt. sed omnia vana ⁊ turpia a talibus resecāda sunt. vt in. c. cum decorem superius allegato. Aut talia spectacula nō sūt representatiua piaꝝ rerum: ⁊ tunc distingue. aut talia a iure expsse prohibita sunt. vt torneamenta: duellū. ex̄. de torne. per totum. ⁊ his similia. vt quecūqȝ i quib⁹ imminet vite periculum vl' notabil' lesionis. ⁊ tunc dico q͞ exercitiū hoꝝ semper mortale ē. Inspectio autē non videt̄ mortale nisi qs ita inordinate afficeret̄ ad aspectum q͞ etiā si ꝓhiberet̄ nō desisteret quin videre vellet: Et hoc intellige de secularibus tm̄. vt dcm̄ est. ȝ. Aut talia spectacl'a nō sūt expresse ꝓhibita. tunc si turpia ⁊ inhonesta multum represētāt ea exercentes mortal'r peccāt. ⁊ inspectio voluntaria mortale est. q͞ ibi non ē nisi in turpibus delectatio. tū etiā q͞ periculo tentatōis se exponit. ⁊ sic ītelligit Aug. sup. de vena. Si autem talia vana ⁊ solaciosa ad solatium representant̄: ⁊ nō sit in opprobriū ecclesie: vl' cleri: vl' religionis: nō est pctm̄ mortale. vt aspicere laruas corizantes: saltantes. currentes ad brauiū: i palestra ⁊ similia: q̄uis i eis sit amissio temporis. Possȝ tū ibi esse mortale ꝑ accidens. vt ꝓpt̄ malum superueniens. vl' malam intentionē: vl' dignitatē persone. vt clerici vl' religiosi. quibus ꝓpt̄ scandalum talia aspicere nō lȝ. Vn̄ i c. nō oportet. ⁊. c. se. dicit̄ q͞ nō ꝑmittāt laruas ante se fieri. Hec dicta sint saluo semꝑ iudicio meliori. q̄re ⁊c̄. Et ista sufficiāt ꝓ ꝑma ve. ¶ Quātum ad scd̄am ve. dico q͞ lud⁹ alcaꝝ: taxilloꝝ: naiboꝝ: ⁊ oīs ludus q inniti̇t fortune est illicitus ⁊ a lege ꝓhibit⁹. quia est ꝑncipal'r per se pctm̄ auaritie siue rapine. ¶ Scd̄o q͞ ibi sunt multe deceptiones. vt taxilli falsi vl' etiā dolose ꝓiecti. ¶ Tertio q͞ talis ludus est cā blasphemiaꝝ dei ⁊ virginis gl'iose ⁊ sanctoꝝ ⁊ mltoꝝ alioꝝ maloꝝ. Vn̄ ꝓpt̄ le talis ludus ponit pctm̄ mortale ꝓpt̄ ꝑdicta. Propt̄. s. fundamentum ex quo orit̄. s. auaritia: ⁊ ꝓpt̄ mala que inde sequūt̄ Unde ludentis itentio est semper vincere ⁊ sociuȝ spoliare: qd̄ de se ē mortale pctm̄. Unde Guil'. q̄rens an sit ludus semper pctm̄ mortale. dic̄ q͞ sic. s. quādo ex auaritia ludit: q͞ auaritia est pctm̄ mortale. ⁊ per ɔn̄s ludus ille. Et ꝓpe ludus aleaꝝ ⁊ similium est ille q tenet̄ in barataris: in tabernis: in lobijs ⁊ locis priuatis: ⁊ domib⁹ etiā ꝓprijs vbi cōgregāt̄ lusores ad se inuicē depredādum. Et circa hec debȝ per ptātes ⁊ ciuitatuȝ rectores magna inq̄sitio fieri ⁊ punitio: vt patebit veritate sequenti. Et de hoc ꝓprie loquunt̄ leges: ⁊ btūs Tho. scd̄a scd̄e. q. 32. Sed dubitat̄. nūquid pecunia que perdit̄ in alea pōt repeti. Hāc dubitatōēȝ mouet glo. in. c. clerici. de vi. ⁊ ho. cleri. i verbo aleas. ⁊ respōdet dicens. Dicunt quidā q͞ non: sed pauperibus pecunia illa eroganda est. ar. 14. q. 5. c. non sane. ⁊ hec fuit opinio Pla. Alij dicunt q͞ possit repeti ⁊ melius. vt. ff. de alea. l. vl. in fine. vbi dicit̄ q͞ si seruus vl' filiusfamilias amiserit pri vel domino dabit̄ repetitio. Unde siquis i alea rem suā vendidit non tenet̄ de euictione. vt. ff. q̄rū rerum actio non datur. l. 2. §. 1. ⁊ ista est opinio Bernardi. hec glo.

Theologi tū dicūt q͞ ista scd̄a opinio locū habȝ vbi vincit̄ legib⁹ iperialib⁹ per q̄s ⁊ ipsa opinio ꝓbat̄ vbi vero nō sic: vel vbi leges abrogate eēnt videt̄ valere prima opinio. s. q͞ debeat pauperibus erogari. Nā cū ludus sit q̄dā expoliatio nō pōt quis ꝑ eū licite aliqd retinere: sed nec perdēti reddere. q͞ indign⁹ est rehabere. Quia quātū in se fuit ꝓximum expoliare conabat̄. ⁊ iō debȝ pauperibus erogari. Nō tamen q͞ siquis luserit cum aliquo q nō hȝ potestatem alienādi pecuniā: ⁊ rebus suis supesse nō pōt. vt sūt pupilli: filijfamilias: serui: religiosi. vxores que nō hn̄t res parafrenales ⁊ hi⁹. Talis ꝑfecto dȝ dare ⁊ restituere qd̄ a talibus ⁊ filib⁹ ꝑsonis vicit nō qdē illis q ꝑdiderūt: sȝ tutorib⁹ vl' curatorib⁹: prī: dn̄o: mōasterio: siue ecclie: ⁊ marito. Hec ponit btūs Tho. scd̄a scd̄e. q. 32. ⁊ Ray. i sūma. vide ȝ hac mā i Pisanella. c. lud⁹ alee. ⁊ hec sufficiāt ꝓ prīti veri. ¶ Quātū ad t'tiā dico q͞ multiplex est abusio ludi. ¶ Prima abusio ē male cōsuetudinis vn̄ pȝ q͞ illa ciuitas nō sit ciuitas vbi nō ē barataria ⁊ ecclia diaboli: que nō est cōsuetudo: sȝ ꝑuersa corruptela. vt dcm̄ est in fine ꝑme p̄cedentis veritatis. Ubi sp̄ hec regula menti tenenda est q͞ ad h⁹ vt consuetudo bona sit oȝ q͞ sit rōnabil': ⁊ non ɔ legem dei: nec ɔ legem nāe: ɔ quas nulla consuetudo valet vl' statutum. vt. 8. dis. que ɔ mores. ⁊ 32. q. 7. c. flagitia que ɔ nām sunt ⁊c̄. Immo quāto tal' consuetudo diutius durat tanto grani⁹ peccatum efficit̄. ex̄ de consue. c. fi. ⁊c̄. vbi. c. finale dic̄ sic. Cū tāto sint grauiora pccā quāto diutius infelicē animā detinent alligatā: nemo sane mentis intelligit nāli iuri cuius trāsgressio periculum salutis induc̄ q̄cūqȝ consuetudine que dicenda est i hac pte verius corruptela posse aliq̄tenus derogari ⁊c̄. Et sūt verba Greg. 9. Et concordat huic suie. c. non dȝ. ex̄ de consan. ⁊ affi. in fine. vbi dr̄. Cum diuturnitas tēporis nō minuat pctm̄. sed grauet tātoqȝ sint grauiora quāto diutius infelicem animā detinent alligatā. hec ibi. Et in. d. c. cum tāto. in glo. super verbo. rōnabilis. ponit̄ que sit rōnabilis cōsuetudo sed cum cā breuitatis alia de cōsuetudine mala nō posui. ¶ Scd̄a abusio ludi est rectoꝝ ciuitatum: q tales abominationes nō tollunt. Simil'r ⁊ dn̄i ciuitatum: q oēs rei sunt oīum pccōꝝ. ff. di. facientis. ⁊ ex̄. de homi. c. sic̄ dignum. §. illi āt. vt nōnim⁹ i tna ɔclōne ꝑme ɔsideratōis hui⁹ sermonis. i fine. Silr ⁊ oēs epī ⁊ ꝑlati ciuitatū q̄bus incūbit cura aīarū. vt i auc. de scīs epīs. §. in fdicimus. Silr ⁊ pr̄tes q filios non ꝓhibent vl' nepotes ludere. per eadē iura. q̄re ⁊c̄. ¶ Tertia est oīum p̄dicatoꝝ quibus dominus p̄cepit vt ānuncient poplo scelera eorum: q aut timore. aut alia rōne desinunt. non arguere viros similes. qui certe non sine graui pccō euadunt. Audi Ezech. 3. c. Si dicente me ad ipiū morieris. non ānunciaueris ei: neqȝ locutus fueris vt auertat̄ a via sua impia ⁊ viuat. ipse impius in iniq̄tate sua morietur: ⁊ sāguinem ipsius de manu tua requirā. si āt ānunciaueris impio: ⁊ ille non fuerit ɔuersus ab impietate sua ⁊ a via sua impia. ipse quidē in iniq̄tate sua morietur: tu āt animā tuā liberasti ⁊c̄.

¶ Quarta abusio est omniuz vendentium: emen-
tium accōmodātiū taxillos: tabuleria carticellas: ꝛ
huiusmodi. qui omnes mortalr peccāt ꝛ participes
sunt omniū criminū que inde ꝓueniunt. per regu-
lā superius allegatā sepius qui cām damni dat ꝛc.
Que. n. ꝛ quāta q̄so putaret culpa si q̄s sciens gla-
dium fabricaret vl' venderet aut accōmodaret vel
donaret: vt per aliquos malos ꝛ sceleratos viros
inocentes ac iustissimi viri occiderentur unque: quā-
to maius icōparabilr scelus reputādū est hiꝰ ope-
rari in tabulerijs ꝛ illis q̄ diximus. Cum qbus in-
numerabiles ꝯ deū v̄ginem glo̊sā ꝛ scōs blasphe-
mie ꝛ ipictates cōmittunt. vt pꝫ in pcunētibꝰ ꝛ vul-
nerātibꝰ scōꝝ imagines: quoꝝ malis exēplis ꝛ per-
uerso sine totus mundus plenus est. O infelix inē-
tio. o excidiū aiaꝝ. ps. Ibūt in adinentōibꝰ suis. s.
ad infernū quoꝝ nūq̄ꝫ erit remissio neqꝫ idulgēna:
ꝛ per ꝯn̄s nec aie saluꝰ tā vendentibꝰ q̄ꝫ ementibꝰ
tā officialibꝰ q̄ꝫ dn̄s terꝝ ꝛ gnālr omnibus dicta i-
stra in domo hn̄tibus: donec de oībus fiat publica
pn̄ia. qm̄ mā̄ifesta pccā̄ nō sunt occulta correctōe
purgāda. vt dic̄ tex. ex̄ de pe. ꝛ re. c. i. ꝛ glo. ibidem
dic̄. Immo q̄ publice peccāt publice cōpuiāt. z. q. i.
c. si peccauerit. ꝛ hꝰ siue grauia siue leuia fuerit vt se-
det scādalū. hec ibi. Publica āt hoꝝ pn̄ia ē vt oēs
illa hn̄tes i platea vl' i alio publico loco deportēt. ꝛ
officiales ꝛ rectores citatū faciāt parit illa cōburi.
alioqn oēs dānati st. q̄re ꝛc. ¶ Quīta abusio ē eoꝝ
q p talibꝰ exercēdis maleficijs domos locāt vl' cō-
p̄stāt: q oēs parit oium criminū q ibi patrāt pticipes
sūt per dictā regulā. q cām dāni dat ꝛc. ¶ Sexta
abusio ē oium ispicientiū: q oēs mōtalr peccāt. Nā
mortale ē fornicātes duos aspicē: ꝛ delectanōe illa
ihonesta videre: quāto magis ludentes si q̄s ispe-
xerit ꝛ cū delectatōe imorauerit mortalr peccabit:
ꝛ tāto grauius peccabit quāto maioris reputatōis
erit. Jn̄ oibus cleric̄ Innocētiꝰ tertius i ꝯcilio gnāli
mādauit ꝛ statuit vt nec epi luderent: nec ludenti-
bus astarēt. vt nō. in. c. clerici. de vi. ꝛ ho. cleri. vbi
sic dr̄. Ad aleas ꝛ taxillos nō ludāt: nec hiꝰ ludis i-
tsint. ꝛ glo. ibi dic̄. hꝰ ꝓhibet clericis tm̄ q̄ q publice
aleator ē: repellit a ꝓmotōe. ex̄ de excessibꝰ p̄latoꝝ
c. int dilectos. nec debēt eē ispectores ludoꝝ hiꝰ. vt
i auten. de scīs epis. §. inf̄dicimꝰ. hec ibi. Jn̄ Tho-
bie. 3. dr̄. Nūq̄ꝫ cū ludentibꝰ miscui me: neqꝫ cū his
q i ciuitate ābulāt pticipē me p̄bui. q̄ supple. Cuꝫ
scō scūs eris: ꝛ cū puerso puerteris. q̄re ꝛc. ¶ Se-
ptima ꝛ vltima abusio ē eoꝝ q denarios pignꝰ vl'
aliqd p̄stāt vl' mutuāt vt ludāt. hi silr oium crimi-
nū pticipes sūt p eādeꝫ regulā. Que oīa ꝛ alia ma-
la n̄ cēnt si tales maledictōes de medio ppl'i xpia-
ni tollerent. quoniā remota cā remouet effectus.
de pe. ꝛ re. c. cuꝫ isirmitas. ꝛ ex̄ de iureiuran. c. ꝛ si
xp̄s. ad finē. q̄re ꝛc. Et hec sufficiāt ꝓ p̄ma ꝯclōne.
Et similr pro scd̄a parte sermonis.

¶ De abusiōibꝰ q̄ fiūt circa opa nāc. ꝯsidera. III.

r **Estat nunc tertio** loco quāt ū horrib les abusiones fiūt i diebꝰ festis cir-
ca opera nāc. vbi tres alias ꝯclōnes mo-
re solito subiūgamꝰ. vꝫ. ¶ Prima ꝯclō ē ista. Sic
q̄dā opera nāc tpe legis scripte ne i diebꝰ festis fie-
rēt ꝓhibita st: sic ē spūalr illa itelligendo in nostris
festiuitatibus cauēda fugiēdaqꝫ st. ¶ Scd̄a ꝯclō
licꝫ bibere ꝛ comedere sit opꝰ nāe: in diebꝰ tn̄ festis
tabernas quātū possumus ꝛ licitū est debemus fu-
gere. ¶ Tertia ꝯclō ē ista. q̄uis mēbra corpis hu-
mani sint data i officiū nāe: tn̄ p illa male operātes
nihil aliud ē q̄ꝫ deuꝫ grauit offendere.

¶ De opibꝰ nāe ꝓhibitis i diebꝰ festis. Cōclo. I.

a Ccipe p̄mā ꝯclōnē ꝛc. vt. s. vbi tres in-
gramus veri. vꝫ. ¶ Prima ve. ē. q̄ st opa
nāe que i lege scripta ꝓhibita st. ¶ Scd̄a
ve. ē quō illa spūalr apō nos itelligēda st.
¶ Tertia est. qō illoꝝ i diebꝰ festis magis fugiendū
est. ¶ Quātū ad p̄mā dico breuit q̄ nouē sūt opa
nāe in lege scripta ꝓhibita. vꝫ. onera portare: ignē
succēdere: vuas calcare: debita repetere: cibos emē
cibos coq̄re: ꝛ plus q̄ꝫ mille passus ire. ligna collige-
re: ꝛ opera seruilia facere. q̄re ꝛc. ¶ Quātū ad se-
cūdā dico q̄ p̄dicta nouē sic breuit spūalr itelligē-
da st. ¶ Primo in diebus festis onera nō corpa-
lia sed spūalia portāda nō st. onera āt spūalia pccā
mortalia st. que lꝫ semp fugienda sint: pcipue tn̄ in
diebus festis cauēda st. ps. Iniqtates mee super-
gresse sūt caput meū: ꝛ sic onus graue grauate sūt
super me. ¶ Scd̄o ignē nō debemus succendere:
nō mālē: sꝫ spūalem. Ignis spūalis ē ira: q̄ fm eius
diffinitōeꝫ formalē ē appetitus vindicte. vt pꝫ. z. de
aia. vñ lꝫ nūq̄ꝫ odiū ad ꝓximū hr̄e debeamus: pci-
pue tn̄ i diebꝰ dn̄icis cū audiunt diuina officia ꝛ orō
dn̄ica dr̄. ibi. dimitte nobis ꝛc. relinquēdū est. q̄ ait
dn̄s. dimittite ꝛ dimittet vobis. q̄ nisi pua a nobis
fribꝰ dimittāt: magna vtiqꝫ nobis a dō n̄ dimittēt:
vt ait Ber. ¶ Terno nō debemꝰ vuas calcare: nō
tpales: sꝫ spūales vue spūales st bōa spūalia que
tunc calcamus: qn̄ ꝓpt eas bona corporalia aut te-
poralia postergamus. Prouer. 27. Anima satura-
ta. s. mundanis calcabit fauuꝫ. i. spūalia que dulcia
st sic mel ꝛ fauū. vt ps. ait. ¶ Quarto nō debemꝰ
debita repetere. ꝛ lꝫ etiā hoc de corporalibus ꝛ te-
poralibus intelligat. de corporalibus: vt debitum
mr̄imonij. 33. q. 4. c. quo tienscunqꝫ. De tempora-
libus. vt debitum creditori debendum. ex̄ de ferijs
. c. omnes dies. ꝛ. c. vltimo. tamen de debitis spūa-
libus etiā intelligunt. Debita autem spūalia sunt
damna spūalia a malis illata. vt infamatio: detra-
ctio: ꝛ huiusmodi. que licꝫ teneamur semper par-
cere: precipue tamen in diebus festis non sunt ad
mentem reducenda. Et dicunt debita quia illi qui
infamant ꝛ detrahunt. tenent illa ab infamatis per
eos tollere ꝛ bonā famā reddē. Inde Eccl. 10. dr̄.
Omnis iniurie proximi tui ne memineris: ꝛ nihil
agas in operibus iniurie. ¶ Quinto non debemꝰ
cibos emere: nō corporales: sed spūales. cibi spūa-
les nō emendi sūt delectationes sensuales. Vñ licꝫ
sp homo fugere debeat hiꝰ: pcipue tn̄ i diebus festis
vt auertere oculos a vanitatibus. ps. Auerte ocu-
los tuos ne videāt vanitatem. Aures ne audiant
mūdanas cātilenas. os ne vana loq̄t ꝛc. ps. Dixi

custodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua mea
¶ Sexto nō debem⁹ cibos coquē: nō corporales.
sed spūales. q: ponam⁹ ꝙ illos emerim⁹ per aliquē
illoꝝ sensuū: nō tñ eos coquam⁹. i. ī mēte diu tenea
m⁹: sꝫ cito eijciam⁹. Nā sicut cib⁹ coquit in stomaco: ꝛ cō
uertit in nām alīn. ex 2° de aīa: sic vane delectatio
nes diu in mēte retēte ꝯuertūt in malā ꝯsuetudinē
Job. 5. Multiplicate sunt p̄uaricatōes eoꝝ. cōfor-
tate sūt abusiōes eoꝝ. Inde Ezech. 18. ait. Projci
te a vobis oēs p̄uaricatiōes vr̄as in qbus p̄reuari
cati estis: ꝛ facite uobis cor nouū. ¶ Septimo nō d̄
bem⁹ plus q̄ꝫ mille passus ire. nō. s. hac illac discur
rētes. ꝛ venatū eūtes diuinis sp̄etis officijs. Ul' dis
cursus spūalis est qñ aīa p illicitos actus discurrit:
mō in vnū: mō in alteꝝ peccatū labēs. ad quā Hie
re. 31. dicit. Reuertē vgo israel. i. aīa p̄destinata ad
fidē: ad ciuitates istas. i. ad ecclesiā militātē ꝛ triūm
phātē: que ciuitates dicūt in nouo ꝛ ueteri testō.
vsq̄quo delicijs. s. carnaliter viuēdo: dissolueris fi
lia vaga. s. p diuersa vitia. ¶ Octauo ligna colligē
nō debem⁹: nō qdē materialia: sꝫ spūalia: q̄ sunt va
nitates mulieꝝ: q mētes aspiciētiū succendūt. Sa-
piē. vi. Ignis ī aq̄ ardebat sup virtutē suā. Per aq̄ꝫ
intellige hoīes q in aspectu mulieꝝ molles sūt. Pro
uer. 6. Ignis absēdi nō pōt ī sinu nisi combnrat ve
stimēta. i. nō in secreto mēns retinet luxuria nisi cō-
sumat oīa spūalia bōa ꝛc. ¶ Nono nō d̄bem⁹ opa s
uilia facere. opa suilia facit q quoquomō deū offēdit
grauiter. Leui. 23. Oē op⁹ suile nō facietis. i. nō pperrabi
tis aliqd̄ petīn mōtale. Jo. 8. Qui facit petīn su⁹ est
peti. qr ꝛc. ꝛ sic pꝫ ista vitas. ¶ Quātū ad tertiā vi.
dico ꝙ lꝫ ab oībus sup̄dictis in dieb⁹ pmaxie festis
sūmope sit cauendū: sup oīa tñ sensus corpis refre-
nādi sunt. Ubi nō sm btīn Tho. sa se. q. 168. ꝙ co-
gnitio sensitiua tā in nobis q̄ꝫ in brutis ad duo p̄n-
cipaliter ordinat. Uno mō ad corporis sustentatio
nē: i qr̄tū s. p ea hoīes ꝛ aīalia nociua oīa uitāt: ꝛ ne
cessaria ad sustentatōez ꝯuertūt: sicut hō: ꝛ ouis lu-
pū uidēs fugit. ꝛ silia. Alio mō ordinat ad cognitio
nē practicā ul' speculatiuā. vbi gr̄a. Medic⁹ uidēs
herbā ordinat istā ad medicinaꝫ: ꝛ hō p alios corpis
sensus sentiēs ꝛ vidēs reꝝ creataꝝ pulchritudinē ꝛ
virtutē: surgit ī laudē creatoris. Unde ex magnitu-
die reꝝ dei magnitudo: ex ppetuitate eaꝝ dei eter-
nitatis ꝛ ex vtute eaꝝ dei p̄fectio: ꝛ ex pulchritudie
eaꝝ dei sapiētia cognoscit. His sic notatꝫ accipe istā
regulā gn̄alē: ꝙ quēcūq̄ studiū sensuū nr̄oꝝ opi ad-
aptam⁹: vltra illos duos modos antedictos. s. aut
ad necessitatē sustētatiōis. aut ad itelligēdā verita-
tē: p̄fecto oculos nostros. i. sensus nr̄os ad vanita-
tē declinam⁹. Inde Aug. in libro ꝯfessionū se pec-
care fatet: si canē currētē p⁹ leporē aspiceret: eo ꝙ
h⁹mōi aspect⁹ crebro ab vtili ꝯsideratiōe ꝛ specla
tōe distrahē ꝯsueuit. Nōne queso q: pom̄ꝫ nostra
p̄ma mater iocūdiate respexit: morteꝫ sibi ꝛ posteris
suis itulit? Gen. 3. Nōne in p̄ma mūdi etate: q: vi
derūt filij dei filias hominū ꝙ eēnt pulchre: elegert
sibi vxores ex oībus quas viderāt. ꝛ tandē inter se
turpitudinē operātes iratus ē de⁹? Gen. 6. ꝛ dixit
Delebo hoīeꝫ quē formaui a facie terre ab hoīe us

q: ad aīantia ꝛc. ꝛ ita diluuio hoīeꝫ destruxit Nō
ne Sāson dū ī mulierē alienigenā oclos fixisset: et
finalr adherēs sibi p̄pt̄ mortē itulit p̄us euulsis ocu
lis: ꝛ more asini molā ducēs? Judicū. 16. Nōne Da
uid sanct⁹ q: Bersabee lauātem se in pomerio ior
dinate aspexit: adulteriū ꝛ hōicidiū cōmisit. 2. Re.
11. Itē Amon ei⁹ filius maior: dū pulchritudinē pro
prie aspexisset sororis ꝛ eaꝫ adamasset: ꝛ carnalr co
gnouisset: nōne a fratre suo. s. Absalone interfect⁹
est? 2. Re. 12. Silr ꝛ senes ī ꝯcupiscētiaꝫ Susanne
ardētes: q: eaꝫ in pomerio lauātē viderūt morti tra
diti sūt. Dan. 13. Et vt breuiter ꝯcludā: accipe regu
lā vnā gn̄alē. ꝙ fere pctā oīa p portā oculoꝝ non re
cte custoditā ingrediunt. ꝛ sic aīaꝫ depredant. Tre
noꝝ. 3. Oculus me⁹ dep̄datus est aīam meam. Inde
Aug. 32. q. 5. c. nec solo. ait. Nec solo tactu ꝛ affectu
sed aspectu quo qd appetit ꝛ appetit cōcupiscētia
feminaꝝ. Nec uos dicatis hēre animos pudicos si
hētis oculos īpudicos. q: īpudic⁹ oculus impudici
cordis nūcius est. Et rō qr potius p oculos q̄ꝫ p ali
os sensus peccata hñt ingressuꝫ est: q: alioꝝ sensuū
obiecta nō ita sunt in p̄mptu. Citius. n. visus suo
obiecto cōiungit q̄ꝫ ceteri sensus. Propterea qdaꝫ
sanct⁹ pater cū semel a quodā Romano nobili vt
ad eius domū p sanitate sue vxoris accedē rogare
tur: rn̄dit. Nō cures p̄ntiam hēre suoꝝ dei. sed tñ
coꝝ orōes exquir. Et vos insane muliēs quottidie
bibigliare vt ita loquar nō finitis: in vr̄aꝝ ꝛ suarū
aīaꝝ p̄ditionē. Sepe etenim mulier laque⁹ diaboli
est: quo aspicientes capit ꝛ illaqueat. vt Salomon
ait. Si ergo aīa oī tpe sup̄dicta piculosa sūt ꝛ fugiē
da: qs dubitat ꝙ in dieb⁹ festis magis sūt p̄cauēda?
Inde de ꝯse. di. i. in dieb⁹ festis spectacula p̄hiben
tur: in. c. qui die. vbi d̄r. qui die solenni pretermisso
ad spectacula vadit excōicet. Ex quo seqtur ꝙ qui
ad talia spectacula vadit mōtalr peccat. qa nullus
proprie excōicari dꝫ: nisi pro peccato mortali. Sed
hoc non videt veꝝ: qm̄ spectacla siue ad tediū re-
mouendū: siue ad solatiū p̄standū inuēta sunt: ꝛ q̄ꝫ
nis vanitatē ānexā hēant: non tñ mortalia sunt ni-
si fiant tpe interdicto ꝛ in loco sacro. vt dicit Alber
tus in. 4. sn̄iarū. ꝛ btūs Tho. sa se. q. 168. Ego di-
co in hac pte ꝙ si spectacula fiant pp ðuotionē ꝛc.
sine laruis ꝛ alijs inhonestis: nō est illicitūꝫ illa vi-
dere. Si āt ad vanitatē ꝛ periculū corpoꝝ ꝛ aīaꝝ: vt
torneamēta: hastiludia: ꝛ hmōi sunt a iure oīo pro
hibita. ꝛ talia operātes mortaliter peccāt: nō tñ vi-
dere semp est petīn mortale. tunc enim mortale est
qñ tenaci aīo ita illis afficit: vt si ēt prohiberent oī
no ad videndum accederēt: aut qñ turpis delectatio
in illis ponitur. Si āt tñ solanose uident: ꝛ non cū
turpi delectatione. non erit mortale: intellige de se
cularibus tantum: quia diuino cultui dedicatis il-
la videre est illicitum omnino vt patuit in 3ª con-
clōne se considerationis huius sermonis. Sed dic
pater Ambrosi: corea est ne semper peccatum mor
tale? Dico sm Alanum in. 4. di. 16. ꝙ corea de se
malum non est: quia potest benefieri. sed triplici cā
mala erit. primo quando ad prouocandum libidi-
nem ꝛ huiusmodi fiunt. so quando persone non cō

neciunt: vt clericis ꝛ religiosis. 3° quando tempore indebito vt tpe pnie vel simul finat. Si autē propter honestā causaz fiant: ꝛ supradicta non interueniant: non erit pctm̄ mortale: nisi forte per accñs in quantum quis sumit occasionez male cogitationis ꝛ delectanōis periculosa sꝛ. Audi Hiero. in quadā homel. Non credo inqt viro si dicit se illesuz euasisse a spectaculis taliuz: cum Dauid ex eo ꝙ vidit Bersabee lauantē se ad libidinē prouocatus ē. hec ille. Et nō ꝙ illicitas coreas ducentes semꝑ mortaliter peccāt: vt dic Guil. qr ꝛc̄. Et hec sufficiant ꝑ presenti cōc̄one.

¶ De tabernis. Conc̄o II.

Ecipe fam cōc̄lonē. vz. Licet bibere ꝛ comedere sint opera nāe: in diebus mīs festis tabernā quantū possum⁹ ꝛ est licituz debem⁹ fugere. vbi tres inqram⁹ q̄i. vz. ¶ Pria q̄i. est ista. quare taberne sunt īstitute. ¶ 2ª ē quod est grauius pctm̄ qd in tabernis fiat. ¶ 3ª est. an se ꝑ ire ad tabernas sit pctm̄. ¶ Quātū ad pmā dico ꝙ taberne p̄mus inuēte sunt pp forenses ꝛ transeuntes: vt moderate possint in eis comedere ꝛ bibere sed hodie taberne facte sunt ad bn̄ potāduz ꝛ inclu⁹ comedēdū inordinate. Circa qd tria puncta quero ¶ Primus punct⁹ ē. an semꝑ bn̄ comedere ꝛ epulari ꝛ bn̄ bibere sit mortale. ¶ 2⁹ punct⁹ est. an facē cōuiuia sit mortale. ¶ 3⁹ punct⁹ est. quot mala puenīunt ex indebita ꝛ inordinata comestiōe. ¶ Quātū ad primū punctū dico ꝙ bona comedē ꝛ bonuz vinū bibere nō est pctm̄: sed inordinate sic: vn̄ inordinatus appetitus edendi vel comedēdi pctm̄ mortale facit. vbi nō ꝙ talis inordinatus appetitus ad tria pōt hr̄e respectū. s. ad rē comestibilē: ad comedentē: ꝛ ad effectū gule. Si ad rē comestibilē: tunc hoc pōt eē duobus modis. qr aut appetit nociuā rē: aut prohibitā. Si nociuā ꝛ scienter non dubiū ꝙ peccat. vn̄ Augu. in quadā ep̄la. Non pōt inqt fieri comestio nociuoꝝ sine cupiditatis vitio vl voracitatis Si rē ꝑhibitā sicut carnes ꝛ lacticinia tpe quadragesime quibus vesci nō licet. de conse. di. 3. c. n̄ licet ꝛ. c. nō oz. ꝛ. 76. di. statuimus. manifestū est ꝙ talia appetere est pctm̄. ꝛ intellige necessitate n̄ obstante vt sunt infirmi ꝛ similes. ex̄ de obſuatione ieiunioꝝ c. consiliū. §. vlti. vbi dr̄. Preterea de illis qui in quadragesima vel in alijs ieiunijs solēnibus infirmantur: ꝛ petūt sibi esum carnū indulgeri: r̄ndemus ꝙ cū n̄ subiaceat legi necessitas: desideriū infirmorū cū vrgēs necessitas exigit: supportare potes ꝛ debes vt maius in eis periculū euitet. hec ibi. ꝛ sunt v̄ba Innocētij tertij bracharanensi ep̄o. Et sic pz p̄m⁹ respect⁹. ¶ 2⁹ respect⁹ ē ad comedentē: ꝛ tē dico ꝙ quinq; modis pōt eē inordinatio ī comedēte vt ponit btūs Grego. ī li. moꝝ. vn̄ dat tal v̄sus. Prope: laute: nimis ardēter: studiose. ¶ Prim⁹ mod⁹ dr̄ ꝑpere. i. cū qs horā comedēdi p̄uenit. vn̄ Jōathas sniaz mortis meruit: qr gustū mellis ꝯstitutū tpe antecessit: vt dicit Grego. sup p°. Re. 14. sup hoc v̄bo. Jonathas āt intinxit sūmitatē v̄ge ī fauo mellis. Jn̄ Jsa. 15. Ve inqt q surgit̄ mane ad ebrietatē sectandā ꝛ potādū vsq; ad vsperā ꝛc̄. ¶ 2⁹ mod⁹ dr̄ laute: vt cū qs nimis d̄licata cibaria q̄rit. vt d̄ filijs israel legit̄. Numeri. 11. Qui flebāt ꝑ d̄siderio carnium. Jn̄ Grego. ait. De egypto duct⁹ ē popul⁹: ꝛ ī heremo occubuit: qr despecto māna cibos carniū petijt quos lautiores putauit. Diues ēt epulo condēnat̄ qr quottidie splēdide epulabat̄. Luce. 16. Jn̄ Seneca. Palatū tuū excitet fames: nō sapores. Contra quos dr̄ Johel. p°. Vlulate oēs q bibit̄ vinū ī dulcedine: qm̄ ꝑijt a. ꝑibit ō ore v̄ro. exēplū abbatis fastiditi eūtis ad balnea ꝑ recuperādo appetitu: q cōꝑhēsus a tyrāno ꝛ ī carcerē īclusus sanat⁹ ē comestione sola fabaꝝ. q̄re ꝛc̄. ¶ 3⁹ mod⁹ dr̄ nimis. s. sumēdo cibū. Ezechiel. 16. Hec fuit iniqtas sodōe sororis tue saturitas: panis abūdātia ꝛ ociuz. Audi Grego. Sodōa inqt salutē ꝑdidit: qr supbie vitio mēsurā moderate refectiōis excessit. Jn̄ Jsa. 5. Ve q potētes estis ad bibēdū vinū: ꝛ viri fortes ad miscēdā ebrietatē ꝛc̄. Jnd̄ Hiero. Jlla inqt pluuia optima ē q̄ sensiz d̄scēdit. Subit⁹ āt ꝛ nimis p̄ceps imber arua subuertit: sic ꝛ nimi⁹ cib⁹ nocet. ¶ Quartus mod⁹ dr̄ ardēter: vt cū qs auide ꝛ cū īgluuie cibū sumit. sicut pz de Esau q ꝑ fame se q̄si morientē reputauit. Gen̄. 25. Jn̄ Greg. Esau inqt p̄mogenitoꝝ gl'az ꝑdidit: qr magno esu d̄siderij lēticulā concupiuit. Jn̄ Ecc̄. 37. Noli inqt eē auid⁹ in oī epulatiōe tua: neq; te effūdas sup oēz escā. ꝛ Bernard⁹ d̄ mō sumēdi cibū dicit. Ad sanitatē corpoꝝ q̄nto cibus honestius ꝛ ordinati⁹ ingredit̄: tāto facilius ꝛ salubrius digerit̄ ꝛc̄. ¶ Quītus mod⁹ dr̄ studiose. i. cū qs nimia solertia cibū parat. Nota. n. quēdā fratrē: q qn̄ aliqd ꝑ comestione parabat tāto studio id faciebat ꝛ īgluuie ꝙ cēties spuebat anteq̄ finē daret. Jnde filij Heli q carnē crudā rapiebāt a ꝑplo vt eā delicate sibi p̄pararēt redargui sꝛ. p°. Re. 2. c. Jnde Greg. Ex eo filioꝝ heli culpa suborta est: qr puer carnes crudas q̄reret quas curati⁹ exhiberet. Audi Jsidoruz. Tota inqt die epulas rumināt qui ad explēdā gulaz vespe delicias parant ꝛc̄. Et hoc de 2° respectu. ¶ Tertius respect⁹ est ad effectum gule. s. prout tal inordinatus appetit⁹ producit inordinatū effectū gule. Et sic gula tot in se defectus amplectit̄ quot mala ꝑducit: de qbus infra dicet̄. Et sic pz primus p̄ctus p̄me ꝯsiderationis Sz an supdicta sint semper mortalia: dicit beatus Tho. sa se. q. 148. ꝙ si talib⁹ ꝑp̄t vitiū gule īhereat tanq̄ fini ꝑ quē deū cōtemnit parat⁹ ꝯ dei p̄cepta agere vt delectatōes hmōi asseqūtur sic est mortale pctm̄. Si v̄o in talib⁹ comestiōib⁹ fit inordinatio s; ea que sunt ad finē. vt qr nimis ꝯcupiscit delectatōez ciboꝝ: s; nō pp hoc aliqd facēt ꝯ legē dei. sic ē veniale. q̄re ꝛc̄. ¶ Quātū ad 2ᵐ p̄ctū dico ꝙ ꝯuiuia q̄ttuor de causis fieri p̄nt. vz. ꝑpter dei honorē ꝑpter amicitiā. ꝑpter remuneratōem. ꝑpter maligoatōez. ¶ Primo fieri p̄nt cōuiuia ad dei honorē Luce. 14. Cū facis prandiū aut cenaz noli vocare amicos tuos: neq; fratres tuos: nq; vicinos diuites: ne forte ꝛ ipsi te reinuitēt: ꝛ fiat tibi retributio. Sz cū facis ꝯuiuiū voca paupes cecos: debiles: claudos ꝛ beat⁹ eris. qr n̄ hn̄t retribuē tibi ꝛc̄. Qui ḡcūꝙ potū d̄derit vni ex minimis istꝭ q ī me credūt ꝛc̄.

sit dominus Mat. 10. Sic faciebat bonus ille Thobias. Thob. 2. c. Cum esset dies festus domini: et factum esset prandium bonum in domo thobie: dixit filio suo. Vade et adduc aliquos de tribu nostra timentes deum vt epulentur nobiscum etc. ¶ Secundo fiunt conuiuia propter amicitiam et beniuolentiam amicorum: aut propter tractandam pacem et concordiam: quod est valde meritorium vt Aug. ait. Et hoc modo fecit Isaac conuiuium tribus suis inimicis. vt dicitur Gen. 26. Fecit eis Isaac conuiuiũ. s. Abimelech et Ocozath et Picol. et post cibum et potum surgentes mane iurauerunt sibi mutuo. s. se inuicē nō offendere. Dimisitq; Isaac eos pacifice in locum suum etc. ¶ Tertio propter remunerationē: sicut Balthasar rex fecit Dan. 5. c. vbi dr. Balthasar rex fecit grāde cōuiuiũ optimatibus suis mille: vt. s. remuneraret eos in pte ex beneficijs susceptis etc. ¶ Quarto ꝓpter malignationē. vt. s. inuicē lasciuiāt et ventrē ipleāt. Prouer. 23. Noli esse in conuiuijs peccatorũ q carnes ꝯferũt ad vescendũ etc. vt igitur in cōuiuijs debita regula et forma seruetur nota istos versus. Sit timor in dapibus: benedictio: lectio: tempus. Sermo breuis vultus hilaris: pars detur egenis. Absint delitie: detractio: crapula: murmur. Ebrietas: nimius affectus histrionatus. Finitoq; cibo reddatur gratia xpo. De primo dicitur Eccl. 9. Viri iusti fiunt tibi conuiue: et in timore dei sit tibi gloriatio: et in sensu sit tibi cogitatio dei: et omnis enarratio tua in preceptis altissimi. De secūdo exemplum xpi. Benedixit et fregit. Et cetera quere in summa de vitijs. ¶ Quātũ ad tertium punctum dico q non sufficimus mala que ex inordinata comestione proueniunt numerare. aliqua tñ hic ponamus. ¶ Primo .n. ex gula perijt genus humanum. Gen. 3. Itez filij israel carnes desiderantes in furore domini ꝯsũpti sũt Nũeri. 11. ¶ Itē filij Dauid i conuiuio Absalonis iterfecti sũt. 2. Re. 24. ¶ Itē filij Job ꝓ q̃bus ardenter orauit pater i ꝯuiuio fratris pimogenti a sathan pcussi sũt. et multa alia etc. ¶ Itē i nouo testamēto Joānes bap. i ꝯuiuio a puella saltatrice mortē accepit. Math. 14. ¶ Itē i cena domini intrauit sathā i corde Jude. Jo. 13. ¶ Itē diues epuloi iferno sepult⁹ ē. Luce. 16. Et sic d alijs diffusi⁹ q̄re i summa de vitijs. q̄re etc. Et ista sufficiāt quantum ad primā veritatē. ¶ Quātũ ad secūdā: dico q tria sũt grauissima pctā que i tabernis fiunt. vz. ebrietas: ludus: et blasphemia. ¶ Primũ est ebrietas. Est autē ebrietas vt dicit beatus Tho. 2a 2e. q. 150. imoderatus vsus vini. et pōt tripliciter fieri. ¶ Vno mō q̄n do ignorat potũ imoderatũ eē et inebriare potantē: et sic pōt eē sine pctō. sicut quidā credũt de Noe quando plantauit vineā et bibēs vinũ inebriat⁹ est. ¶ Secūdo mō quādo ꝗs potũ imoderatũ eē pcipit: nō tamē existimat iebriari posse. et sic pōt eē pctm veniale. ¶ Tertio mō quādo scit potũ imoderatũ: et inebriari nō curat. et tūc ē mortale. Sz ponam⁹ q vin⁹ ebri⁹ aliqua mala cōmittat: nũquid ppter ebrietatē excusabit: Dicit Ray. q si sine sua culpa ebrietatē incidat et oīo fiat mēte alienus excusat. 15. q. 1. Secus si culpa sua: aut nō oīo alienat⁹ fuerit. Sz de mā ptinēti ad hoc dicet sermōe sequēti. Nō q differētia ē inter crapulā et ebrietatē Crapula .n. dr quātũ ad supfluitatē ciborum. Inde crapula quasi cruda epula dicitur. Ebrietas vero dicitur quātuz ad potũ. Inde ebrietas dicitur ab e qd est sine et brie qd est mensura. inde ebrietas quasi sine mensura. Ex per ꝯñs ebrius dicit q sine mēsura bibit. Vñ Horatius. Fecūdi calices quē nō fecere disertũ. Hec pōit glo. in. c. crapula. d vi. et ho. cleri. ad litterā. Et dicit Ambrosius q ebrietas est vilis sepulchrũ rōnis. Et hec sufficiāt ꝓ primi veritate. Qm̄ de ludo dictũ ē. s. de blasphemia etiā satis est euidentia in ꝓmptu: et alibi diffusius dicet. q̄re etc. ¶ Quātũ ad tertiā veri. dico q generaliter ire ad tabernas sine necessitate et dbita moderātia ē oīo illicitũ. et q̄to psona ē grauioris etatis et reputatiōis: tāto magis deforme frequētare tabernas. Inde clericis et religiosis psonis ꝓhibet ad tabernas ire sine grādi necessitate. i. c. clerici d vita et ho. cleri. vbi dr. Et tabernas prorsus euitent: nisi forte necessitatis cā in itinere constituti Concordat. 44. di. c. clerici. Et nō solũ tabernas declinare debent: sed etiam in domibus eorum vel aliorũ moderate comedāt et bibāt. vt in. c. a crapula. de vi. et hone. cleri. vbi dicit sic tex. A crapula et ebrietate omnes clerici diligenter abstineant. vnde vinum sibi tēperent. Nec ad bibendũ quispiā incitet: cum ebrietas et mētis inducat exiliũ: et libidinis ꝓuocet incendiuz. Vnde illũ abusũ penit⁹ decreuimus abolendũ quo i q̄busdaz partibus ad potus equales suo mō se obligāt potatores: et ille iudicio taliũ pl⁹ laudat q pluries inebriat et calices fecundiores exhaurit. Siqs aũt sup his culpabilez se exhibuerit nisi a superiore ꝯmonitus satisfecerit: ab officio vl beneficio suspendatur. Hec ibi Innocentius in cōcilio generali. et sic patet ista conclusio.

¶ Qualiter in diebus festis deum cum membris corporis offendimus. Conclusio. III.

a

Ccipe tertiam conclusionem. vz. Quāuis mēbra corporis humani sint data i officiũ nature: tñ p illa male operātes nihil aliud faciũt q̄z deũ grauiter offendere. vbi tres ingramus veritates. vz. ¶ Prima vi. est ista. quot modis offendit deus mente. ¶ Secūda ē. quot modis offendit ore. ¶ Tertia est. quot modis offēdit opere. ¶ Quātũ ad p̄mā dico q generaliter loquendo oīa ista sũt peccata cordis. vz. cogitatio: delectatio: cōsensus: desideriũ mali. voluntas pñersa: infidelitas: indeuotio: p̄sumptio: desperatio: timor male humilians: amor male inflammans: suspitio: inuidia: ira: odium: timor seruilis: exultatio in aduersis proximi: cōtēpt⁹ pauperũ vl peccatorũ: psonarũ acceptio: cupidia: affect⁹ inordinat⁹ parentũ carnalium: melancolia seculi tristicia: ipatientia: amaritudo superbia accidia: perplexitas: obstinatio: malitia: tedium boni: inconstantia penitentie: penitentis dolor: q non fecit amplius mala solita: hypocrisis: amor placendi: timor displicendi: verecundia de bono operis: amor priuat⁹: sensus singularis: ambitio dignita

tum:vanagloria de bonis fortune vel glorie: vere cundia de pauptare: ztemptus admonitionū: ⁊ appetitus iniuriandi. Ista sūt peccata cordis quasi capita oium q̄ dependent inordinate a corde. q̄re ⁊c. C Quātū ad f'am dico q̄ sūt ista vz. Crebra iuratio: piuriū: blasphemia: nomē dei irreuerēter noiare: vitatē ipugnare: deū spernere: ꝯ deū murmurare: irreuerenter loqui: adulatio: mēdaciū: vituparatio maledictio: isamatio: ztentio: murmuratio: ipugnatio agnite vitatis: iuidētia fraterne charitatis: seminatio discordie: pditio: falsū testimoniū: malū zsiliū: derisio ꝯdictio. inobediētia. incrtere vl irritare bona scā in ecclesijs placitare. ad irā queq̄ ꝓuocare. rephēdere i eo q̄ ipse fecit. vaniloquiū. stultiloquiū. multiloquiū. turpiloquiū. scurrilitas. ꝓferre vba iocosa ociosa ⁊ curiosa. iactatio vboꝝ. paliatio peccatoꝝ defensio. clamor. risus dissolutus. kachin⁹ lenonū. cantus vanus cantilenaꝝ secularium. cantus diuin⁹ i noia seculari. vba diuina magis frangere q̄ deuote ꝓnunciare. i iniusta cā aduocare. bonū spernere. ⁊ vtutes detestare. quare ⁊c. C Quantū ad tertiā dico q̄ sūt ista. vz. luxuria. gula. ebrietas. sacrilegiū. symonia. sortilegiū. violatio festiuitatū. idigne cōicare. votoꝝ fractio. apostasia. dissolutio i diuino officio. scādalizatio. malo exēplo proximū corrūpere: ledere hominē i reb⁹: i psona: vl i fama: furtū: rapina: vsura: deceptio: ludus: vēditio iusticie: tholonea iniusta: auscultare mala: ioculatorib⁹ donare: necessaria subtrahere sibi vl alijs: superflua sumere: vltra vires quippiā aggredi: cōsuetudo peccādi: simulatio: tenere expensas ad q̄ nō sufficit: vl q̄ sine peccato n̄ exercētur: coizare: nouitatū inentio: maiorib⁹ rebellare. minores opprimere delinquere visu: auditu olfactu: gustu ⁊ tactu: osculū: lucta: itinera nociua: ⁊ mādatis resistere. Istis addunt peccata omissiōis vt de deo n̄ cogitare: deū n̄ timere: deo grās de beneficijs nō agere vl reddere: bona opa ad deū n̄ referre ꝺ peccatis sicut oꝫ nō dolere: ad gratiā percipiēdā nō se ꝓparare: grā accepta ū vnlr eā nō cōseruare: ad ispirationē dei se n̄ conuertere. voluntatē suā diuine nō ꝯformare: ad horas dicēdas n̄ attēdere: orōnes debitas omittere vl negligēter psoluere: ea q̄ tenent ex voto vl ꝑcepto vl officio negligere: ꝯfessionē ⁊ cōionē semel i āno ad min⁹ nō petere vl recipere: pentes n̄ honorare seipsū n̄ cognoscere ⁊ reprehēdere: ꝯsciaꝫ negligere: eccliaꝫ: missas ⁊ ꝑdicatiōes fugere: tētationibus nō resistere: pnias iniūctas ꝯtēnere vl omittere: ea q̄ statim sīcda sūt differre: de bonis proximi n̄ gaudere: de malis eiusdē n̄ dolere: iniurias n̄ remittere. fidē ꝓrio n̄ seruare: bñficijs ꝓximi n̄ ridere: delinquētes n̄ corrīpe: lites n̄ sedare: ignorātes n̄ istruere: afflictos nō ꝯsolari: ⁊ admonitiōib⁹ nō acqescere. hec sūt capita oium peccatoꝝ. Et si queris vnde accipitur istoꝝ peccatoꝝ ordo. Dico q̄ peccata cordis puntur accipit er verbis apostoli ad Gal. 5. c. ibi manifesta sūt opa carnis. Scđa ad Ro. 1. ibi. dicētes se eē sapientes stulti facti sunt: ⁊ mutauerūt icorruptibilitatē dei i similitudinē imaginis corruptibilis hominū volucrū: quadrupedū: ⁊ serpentum. ꝓpter qđ tradidit eos de⁹ i desideria cordis eoꝝ. Tertia. 2. ad Th. 3. ibi. hec āt scitote: q̄ i nouissimis dieb⁹ ⁊c. et qm̄ hec ⁊ oīa q̄ dicta sūt i hoc sermōe vitiosa magis i dieb⁹ festis q̄ᷓ alio tpe fiūt. mystice dn̄s hodie ait. Vos ascēdite ad diē festū hūc: ego āt n̄ ascēdam: q̄ᷓ supple istas festiuitates odiui. sꝫ ad festa seruorum dei ascēdit quasi i occulto ne ipsi inaniter extollant. Sic ipsū oremus vt descēdat p grāꝫ i corda nr̄a: vt nos tandē ad ipsū ascēdamus per gloriam. Amen.

C Feria quarta dominice de passione de actibus ⁊ operibus humanis per se ⁊ per respectum ad voluntatem. Sermo in ordine. XXXVI

Opera que ego facio ipsa testimoniū perhibent de me. Ioānis. 10. c. Cū. n. aia cara voces sint eaꝝ q̄ sūt i aīa passionū note vt dicit ꝑmo periermenias: cōsequens satis videtur vt bona verba bōe sint voluntatis signa. vt ēt Mat. 12. Magister noster intendit dicens: q̄ bonus homo de bono cordis sui ꝓfert bōa. ⁊ alia hominis opa sint signa boni vel mali hois. Math. 7. A fructib⁹ eoꝝ cognoscens eos. qm̄ valde p exteriora cognoscunt iteriora. Et p ꝯns fm leges dicit q̄ nō est vir bon⁹ q facit aliqd penale. i. dignū pena vt. l. si pendētes. §. si. ff. de vsufructu. Inde gloriosus Iesus vt sue intētiōis ⁊ volūtatis rectitudinē ondēderet: operū suoꝝ bonitatē anteponit dicēs. Opera q̄ ⁊c. In qb⁹ sacratissimis verbis tres cōsiderationes faciam⁹. vz. C Actuū ⁊ operū xp̄i q̄tū ad volūtatē diuinā i xp̄o existē ꝑfectiōeꝫ. C Actuū ⁊ operū humanoꝝ testificatōeꝫ. C Actuū ⁊ operū humanoꝝ ꝯtrariationē. C De actib⁹ xp̄i quātū ad diuinā volūtatem in ipso existentem. Consideratio .I.

Primo actuū ⁊ operū xp̄i q̄tū ad volūtatē diuinā i ipo existē ꝑfectiōeꝫ videamus. vbi tres ꝯclōnes ponam⁹. vz. C Prima ꝯclō ē ista. Quāuis diuinitas i xp̄o sub carne lateat: nō tm̄ diuinā volūtatē i eo existē ipsa caro hūana coartat. C Scđa ꝯclō est ista. Sicut diuina volūtas i xp̄o sub carne latēs libera ē: ⁊ caro ipsā nō arctat: ita ipsa diuina volūtas nr̄aꝫ volūtatē nō necessitat. C Tertia ꝯclō ē ista. Lꝫ nec diuina volūtas a carne necessitet: nec ipa nr̄aꝫ volūtatē necitet: tm̄ qn̄ diuina volūtas i xp̄o aliqd deliberat necē ē vt eueniat. C Q̄ diuina volūtas latēs in xp̄o nō necessitatur a carne. Conclusio .I.

Accipe primā ꝯclōnē ⁊c. vt. s̄. Vbi tres inq̄ram⁹ vitates. vz. C Pria vi. ē ista. Vtrū diuina volūtas exīs i xp̄o ꝺ necessitate velit qcqd vult. C Scđa vi. est. Vtrū quando xp̄s Iesus aliqd diuina voluntate vult illud velle sit cā rei vt sit. C Tertia veri. est. An qn̄ Iesus aliqd diuina voluntate vult possim⁹ assignare cām q̄re sic vult. C Quātū ad ꝑmā dico q̄ hoc clare intelligere nō possimus nisi p inferiora inuenīr. Accipe igit humanā voluntatē: ⁊ tūc dico fm beatum Tho. prima pte. q. 19. ar. 3. q̄ voluntas hūana pōt dupliciter ꝯsiderari. aut p respectū ad obiectū i rōe finis. aut p respectū ad ea q̄ sunt ad finē. Et tūc dicit q̄ voluntas p respectū ad obiectum in rōne vl-

timi finis necessitaf: q2 volūtas nr̄a vult de necessitate suā beatitudinē: sicut ⁊ q̄ liberalia potētia necessariā habitudinē hʒ ad suū ꝓpriū ⁊ p̄ncipale obiectū. vt visus ad colorē: q2 de ei⁹ rōne ē vt i illō intendat. Si aūt ꝯsideraf p respectuʒ ad ea q̄ sunt ad finē nō de necessitate illa volumus volētes finē: nisi sint talia sine qbus finis eē nō pōt. sicut volumus cibū volētes ꝯseruationē vite. ⁊ nauē volētes trāsfretaf. nō sic ex necessitate volum⁹ ea sine qb⁹ finis esse pōt. sicut equū ad ambulādū: q2 sine hoc possumus ire. ⁊ sic de alijs. Itē nō ꝙ necessitas ē duplex. s. absoluta: ⁊ ex suppositōe. Absoluta est qū alr̄ eē nō pōt: nec potuit: nec poterit. ⁊ hec dr̄ absoluta simpliciť. Alia ē absoluta s̄m qd. vt qū nō pōt alir̄ eē: nec poterit: lʒ potuerit. et hoc fit duob⁹ modis. aut q2 p̄dicatū ē in diffinitōe subiecti. et sic ista ē necīa. hō ē aial. aut q2 subm ē de rōne p̄dicati. ⁊ sic ista est necīa numer⁹ ē par vł impar. Necessitas ex suppositōe ē supposito ꝙ ita sit illud tale eē necesse ē daʒ sic ē. vt dū sortes sedet necesse ē ipsuʒ sedē dū sedet ❡ His sic notatꝭ dico ꝙ diuia volūtas si ꝯsideraf penes suū obiectū: qd ē bōitas diuina q̄ ē finis oīuʒ reꝝ: sic d̄ necessitate vult qcqd vult q2 d̄ necessitate vult i diuinā bōitatē. Si aūt ꝯsideraf p respectū ad ea q̄ sūt ad finē. s. p respectū ad creaturas q̄ ordinaf ad bonitatē dei tāq̄ȝ ad ꝓpriū finē: tūc n̄ vult ea de necītate absoluta. Vn̄ qū aliqd extra se vult de⁹: nō vult vt sit mediū ad ꝯsequēdū bonitatē suā tanq̄ȝ vltimū suū: sʒ vult tāq̄ȝ aliqd ordinat⁹ ad p̄ncipiādū suā bonitatē vt finē vltimū illi⁹ rei. vn̄ nō p̄o pie illud volitū mouet ei⁹ volūtatē vt velit: q2 sic eēt ipfecta: sʒ mouef a ꝓp̄ia bonitate q̄ facit ut illō velit. vnde sicut alia ītelligit intelligēdo suā essentiam: sic alia a se vult volendo suā bonitatē. Pōt tn̄ aliqd velle ex necessitate suppositōis. at supposito ꝙ hoc velit: tūc nō pōt nō velle. qm̄ mutari ei⁹ volūtas n̄ pōt. Ex qbus iferūf aliq̄ corelaria. ❡ Pmū ē ꝙ lʒ de⁹ ex necessitate velit bonitatē suā: non de necessitate vult illa qua vult. Et rō. q2 eius bonitas pōt eē sine alijs rebʒ. sʒ nō pōt eē volūtas sine diuina bōitate: q̄ ē ei⁹ obiectū. ❡ Scdʒ ē ꝙ uelle alia a se nō ē diuine volūtati nālē. q2 sic de necessitate vellet. nec ē ꝯt ꝯ snam nām: sʒ ē volūtarium. ❡ Tertiū ē ꝙ si de⁹ nō vult ex necessitate alia a se hoc n̄ ē ex ipfectōe ei⁹: sʒ ex ipfectiōe reꝝ. q2. s. talia nō eē hn̄t vt sine ipsis possit eē ⁊ sit bōitas dei. Et ꝯ p̄ns seqf ꝙ si volūtas di vult aliqd extra se non inclinaf p illud vt illud velit. sʒ bonitas dina d̄terminat illā ad illud volitū ad qd nō hʒ necīaʒ bitudinē. ❡ Quartū ē ꝙ lʒ dinū eē ⁊ diuinū velle sint idē realr̄: tn̄ nō s̄m rōneʒ formalē vel modū intelligēdi. ⁊ pp hoc nō seqf ista ꝯn̄a. De⁹ nō ē aliud a se ergo nō vult alia a se. q2 i hoc ꝙ dico deū eē nō importaf aliq̄ bitudo ad aliqd eē ipsuʒ. sʒ dicēdo deuʒ velle hic ipo. taf aliq̄ habitudo ad id qd vult ⁊ iō n̄ seqf. ❡ Quītū corelariū ⁊ vltimū ē. ꝙ lʒ diuinū intelligē alia a se sit necessariū: n̄ tn̄ diuinū velle. Et rō. q2 scia hētur de reb⁹ s̄m ꝙ sunt i sciēte. volūtas ꝯparaf ad res volūtas s̄m ꝙ sunt i seipsis. vt dicit philosoph⁹. 6. methaphice. Uerum vel falsū sūt in aīa: bonū ⁊ malū sunt i reb⁹. Quia ergo oīa alia a deo s̄m ꝙ sūt in deo hn̄t necīaʒ bitudinē ad deū: iō talia itellect⁹ dinus necīo itelligit. Et eadē sʒ ꝙ sūt in seipsis nō hn̄t necīaʒ bitudinem ad ipʒ. Iō deus quecūq̄ȝ scit: d̄ necessitate scit: non autem quecūq̄ȝ vult de necītate vult. Ista tibi aīa mea clariori mō quo potuí apui: lʒ sic p̄dict⁹ doctor nō loqf Et hec sufficiāt ꝓ p̄ma vitate. Nō posui tibi subtilitatē scotizāniaʒ. vʒ. An voluntas necessitari possit ab obo. qm̄ ista dicta bti Tho. sunt clariora ad pplm. ❡ Qaātū ad zᵐ dico ꝙ diuersus dicēdi mod⁹ repit. Quidā dicūt ꝙ sola volūtas ē cā ⁊ p̄ma rgl̄a oīum reꝝ tā necessariaꝝ q̄ȝ ꝯtīgētiū ad extra. Qm̄ sʒ aug. d̄ tri. diuia volūtas ē oīuʒ q̄ fiūt p̄ia ⁊ sūma cā ⁊ p̄ia cā ē p̄ma regula. ergo dina volūtas eoꝝ q̄ sūt ab eā ē p̄ma cā ⁊ p̄ma rgl̄a Alij dixerūt ꝙ nō vr̄ necessariū dinā volūtatē ꝯcurrere tanq̄ȝ cām circa ista iferiora. q2 vbicūq̄ȝ ineniūf sufficiētes cāe r̄spectu aliqaoꝝ effectuū nō opʒ ad alias cās recurrere. sed in creaturis r̄periūf sufficiētes cāe aliquoꝝ effectauum. sicut ignis sufficiēter ꝯtinet calorē: ⁊ sol suos effectus. ergo nō vr̄ necīo diuinā volūtatē ꝯcurrē ad tales effect⁹. Iste mod⁹ ē hēticus ⁊ a doctoribus reprobat⁹ in p̄mo sn̄iaꝝ. di. 44. Iō oībus alijs dicendi modis omissis dicim⁹ s̄m btm̄ Tho. vbi. s̄. ar. 4. ⁊ s̄m cōiter loq̄ntes ꝙ de⁹ est cā reꝝ p intellectuʒ ⁊ voluntatē. p intellectū quidē tanq̄ȝ ꝯcipiēs. p volūtatē āt tanq̄ȝ determinās. ⁊ cū se determinat operatur. Et iō ꝓp̄ie volūtas determinata dei est cā rerū. Et ꝙ oīuʒ reꝝ sit cā diuia volūtas ꝓbaf aucte rōe: ⁊ ex°. Aucte quidē tā noui ꝙ veteris testi. Audi p̄mo Hester. 8. c. Dn̄e inqt deus rex oīpotēs. in dinōe. n. tua cūcta sunt posita. ⁊ nō ē qui possit resistere volūtati tue. Si decreueris saluaf isrl̄ ꝯtinuo liberabif. Tu fecisti celū ⁊ terrā: ⁊ qcqd celi ambitu ꝯtinef: dn̄s oīuʒ es: ⁊ nō est q resistat tue maiestati Cūcta tu nosti ⁊c̄. Audi ⁊ Judith. 8. c. Nō. n. quasi hō deus sic cōminabif. neq̄ȝ sicut filius hoīs ad iracūdiā ifiāmabif. iō humiliem⁹ illi aīas n̄ras. ⁊ i spū humiliato s̄uientes illi dicam⁹ flentes dn̄o: vt sʒ uoluntatē suā sic faciat nobiscū mīīcordiā suā ⁊c̄. Audi Danielē. 4. c. iuxta voluntatē suā facit tā i v̄tutibus celi q̄ȝ in bitatoribus terre: ⁊ nō ē q resistat manni eius: ⁊ dicat ei. q̄re fecisti ⁊c̄. Audi. ps. 67. Pluuiā volūtariā segregabis de⁹ hereditati tue: tu vo perfecisti eā. Itē idē. Deus āt in celo oīa quecunq̄ȝ voluit fecit. Itē illi sci machabei scribētes iudeis q erant p egyptū sic dixerunt. z. Macha. 1. Bn̄faciat vobis deus ⁊ meminerit testi sui qd ad Abraham Isaac ⁊ Jacob locutus est seruoꝝ suorū fidelium: ⁊ det vobis cor oībus vt faciatis eius volantatē corde ⁊ aīo volēti. Adaperiat cor v̄rm in lege sua ⁊ in p̄ceptis suis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat orōnes v̄ras ⁊ reconcilief vobis: nec nos deserat in tp̄e malo ⁊c̄. hec sufficiāt p̄o veteri testō. Pro nouo testamēto. Audi p̄mo Apl̄m ad Phil'. z. c. Deus est qui operatur i nobis ⁊ velle ⁊ perficere ꝓ bona volūtate. Et ad Ro. 9. Non volentis inquit neq̄ȝ currentis sed dei miserētis. Et Jacobi p̄mo. Voluntarie. n. genuit nos v̄bo v̄itatis: vt simus initium aliquod

creature eius. ꝛ Mat. 6. Fiat voluntas tua sicut in celo ꝛ in terra. Et vt clarissimū textū intelligas audi Aug. li. 3. de tri. c. 6. Et allegat a magro in pmo di. 45. Volūtas dei prima ꝛ sūma cā ē oium speciērū atqꝫ motionū. Nihil. n. fit qd ñ de superiori atqꝫ intelligibili aula sūmi ipatoris egrediat sm ineffabilē iusticiā. vbi. n. non operat qd vult dei oipotētēs sapiēcia que pertingit a fine fortiter ꝛ disponit oīa suauiter. ꝛ nō solū ea que pseuerātia cōsuetudinis admiratione nō admittūt: sed et ea que propter raritatē ꝛ insolitū eventū mira videntur: vt sūt defectus luminariū: ꝛ terremotus: ꝛ mōstruosi aiantiū partus. ꝛ his similia: quoꝝ nihil fit nisi dei volūtate Itaqꝫ nō nisi dei volūtas cā pma est sanitatis: egritudinis. pmioꝝ atqꝫ penarū ꝛ retributionū. hec igit sola ē vñ ortū ē qcqd est. ꝛ ipsa nō est orta: sꝫ eterna. hec ille. Et nō qꝫ deus disponit oīa fortiter quo ad dānatos in qbus exercet iusticiā. Et suauiter quo ad saluādos in quibꝰ exercet suā misericordiā. Itē nota qꝫ predicta auctoritas sic allegat a magro: ꝛ snia est Aug. in. c. 4. 5. ꝛ. 6. de tri. Et hec sufficiant quātū ad auctes. ¶ Scdo hec vitas pbat rōe sic. Illud est cā alicuius: quo posito ponit illud: ꝛ quo remoto remouet illud. sed posito velle diuino ponunt res: ꝛ eo remoto nō ponūt res. ergo diuinuz velle est cā qre res sunt. minor pꝫ per auctorē d causis prima ppōe. vbi ait qꝫ pma cā plus influit in effectū qꝫ secūdaria. Influere aūt nō est aliud qꝫ dare esse: ergo deus imediate concurrit ad oēs res. Nec dedit deus vtutē agēdi causis secūdis tanqꝫ sine ipsis agere nō posset: sed vt bonitatē sue causalitatis creaturis cōicaret. vt dicūt oēs doctores nri. qꝛ ꝛc. ¶ Tertio hoc pbat exēplo triū pueroꝝ in fornace ardēte. Nā ibi erat agēs dispositū ad cōburēdū: ꝛ passū dispositū ad cōburi. vñ ergo illesi hymnuz in fornace exītes dño decantabāt: Certe non pp aliud nisi qa subtraxerat eos diuia volūtas. Et sic fiaret in oibus alijs rebus: qꝛ nisi ipsa ɔcurrēt nihil fieret. qꝛ ꝛc. Et hec sufficiāt pro pñti vitate. ¶ Quātū ad tertiā vi. dico sm Aug. 83. q. ꝛ magistrū sniarū in. 1. di. 45. c. qui enīꝫ. ꝛ btm Tho. vt supra. arti. 5. qꝫ dei volūtas nō hꝫ aliā cām. vñ licet debeamꝰ si scire volumꝰ effectus inquirere cās illius. vt pꝫ prio posterioꝝ scire est rē per cām cognoscere ꝛc. Et quattuor sint cāe. s. mālis: formalis: efficiens: ꝛ finalis. ꝛ una per alteraꝫ demonstretur: vt pꝫ prio posterioꝝ. ꝛ secundo de aia. excepta cā finali: tñ vltra illas cās cū querimus de fine quare sic ē talis finis: vl qre illius rei talis est finis ꝛc. nullā aliā cām habemus nisi diuinā volūtatē que sic statuit pp ordinē uniuersi. Etsi vlterius querere volumus quare deus sic voluit: nulla ē alia cā nisi ipsa sua propria voluntas: qꝛ. s. sic placuit ꝛ sic placuit qꝛ sic voluit. ꝛ sic voluit: qꝛ sic placuit. Audi Aug. uc. s. Qui ingt qrit quare voluit deus mūdū facere cām querit voluntatis dei. Ois aūt cā efficiens maior est eo qd efficit. nihil aūt maius est voluntate dei. nō ergo cā qrenda est. hec ille. q. 28. Idē cōfirmat Aug. ɔ manicheos li. 1. parū post principiū. vbi sic ait. Si qui dixerint qd. 1. cur placuit deo facere celū ꝛ terrā: respondendū est eis qui volūtatē dei desiderāt nosce causas ꝛ voluntatē di scire querūt: qꝫ voluntas dei oium que sunt ipsa sit cā. Si. n. habet cām voluntas est aliquid qd antecedat volūtatē dei. qd nephas ē credere. Qui ergo dicit. quare fecit deus celū ꝛ terrā: Rñdendū est qꝛ voluit. voluntas enīꝫ dei cā est celi ꝛ terre. ꝛ iō maior ē voluntas dei qꝫ celū ꝛ terra. Qui aūt dicit qre voluit facē celū ꝛ terrā: maiꝰ aliqd querit qꝫ est volūtas dei. Nil aūt maius inueniri pōt. Cōpescat ergo se hūana temeritas ꝛ id qd nō est nō qrat: ne id qd est nō inueniat. hec ille. Et magr vbi s. ait. Qui. n. eiꝰ cām qrit aliquid maius ea qrit. cuꝫ nil maius ipsa sit. hec ille. Faciunt ad hoc auctes ille sup posite i secūda dñica. 40. ɔsideratōe scda. qꝛ ꝛc. Et hec sufficiāt p pñti ɔclusiōe pma.

¶ Q divina voluntas humanam voluntatem nō arctat Conclusio II

